JOANNIS PETRI BELLORII
ROMANI
ADNOTATIONES
Nunc primum evulgatæ
IN XII. PRIORUM CÆSARUM NUMISMATA
AB
ÆNEA VICO PARMENSI
OLIM EDITA
Noviter additis eorumdem CÆSARUM imaginibus majori forma à præstantioribus Calchographis æri incisis
Eminentissimo ac Reverendissimo Principi Domino
D. ALEXANDRO
S. MARIÆ IN COSMEDIN S. R. E. DIACONO
CARDINALI ALBANO
DICATÆ.

Impensis Fausti Amidei Bibliopolæ in via Cursus.

ROMÆ, MDCCXXX. Typis Antonii de Rubeis, in via è Foro Rotundæ, ad Sem.Romanum.
SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISSIME, AC MERITISSIME
PRINCEPS.

QUæ plura prodiere monumenta *Veterum*, quæ *Recentiorum* pleraque reteguntur, ac meliori auſpicio pro comparatione ſcientiarum modò renovantur in dies, nemini ſanè dubium eſt, EMINENTISSIME, AC ORNATISSIME PRINCEPS, quin ſemper ſingulari commendatione quadam digna fuerint, ac ſint impræſentiarum: ſiquidem ea ſtudia, & ſiquæ ſint alia ornamenta virtutum, quæ noſtris hiſce temporibus quodammodo ſarta tecta ſervantur, quæque nobis non parum præſtant utilitatis pro omnigena, feliciorique inſtitutione ſcientiarum, *Majorum* quidem vigiliis, ingentique ipſorum curâ, & labore ad nos pervenere; cæterùm non alio, inquam, intuitu, niſi quia omnes ingenuæ *Poſteritatis* artes eorummet præſidio, ac munimine meliorem perduci poſſent ad frugem, vel incrementum. Verùm quia ſæpe numero in his capeſſendis non omnes eadem inceſſit addiſcendi cupido (quod haud abſimile in cibis edendis plerumque experimur: cupedia enim quæ uni grata, & jucunda contingunt, alteri fortè vel obſoleta, vel nonnunquam ad nauſeam) neque idem *Cultorum* uſus, neque omnium, ut cuicumque patet, par eſt conditio ſtudiorum. Equidem partim eorum vix quidpiam utilitatis; partim

tim plus voluptatis; nonnulla verò è contra utilitatem ſimul redolent, ac voluptatem: relaxant enim animos, vel recreant, eoſque ingenuis, ac honeſtis artibus exornant. Propterea quæ facultates pro univerſo regimine ſcientiarum ad rectam mentis inſtitutionem cultioris præſeferunt doctrinæ notam & luculentam quippe, qua cupidi earumdem *Fautores* alliciantur, & expeditamne, ut ſæpe contigit, deterreantur, majorem ſanè promerentur laudem; maximam verò, ſi ultra reconditiorem, digonioremque doctrinam, qua rectè mentem erudiunt, ſi ultra tenorem diſertè docendi, dicendique nitorem concinnè & eleganter, tuentur ſimul cum tali eruditione conjunctam, principem quippe, ac exquiſitam hiſtoriam. Itaque palam eſt noſtros quidem animos multifariam & varietate rerum, & multiplici doctrinarum utilitate, ac amænitate oblectari: θέλγει φρένα τὸ ἡδὺ τεχνῶν. Sunt enim qui *Poeſis* fabellis omnibus condîtæ leporibus detinentur. Sunt qui *Oratorum* locupletiſſimo dicendi penore. Plerique *Matheſis* circinis omnem operam, totumque ſtudium dedêre, alii aliis ingenuis artibus *Medicinæ*, *Juriſprudentiæ*, *Theologiæ*, prout trahit ſua quemque voluptas. Non deſunt, qui *Philoſophiam* fæcundiori calamo uſque ad ſydera extollunt: ſiquidem commune eſt ſapientum proloquium, quod *qui cæteras facultates Philoſophiâ non temperat*, *conſilio recto non imperat*: etenim ſine prævia ejuſdem face omnia obſcura, omnia præpoſtera, & impervia contingunt. Hinc graphicè Lucretius.

> *ſi prava eſt regula prima*,
> *Normaque ſi fallax rectis regionibus exit*,
> *Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum*
> *Omnia mendosè fieri*.

Ita profectò & ipſe quoque Philoſophiam fore matrem, ac ſcientiarum ferè omnium altricem non inficior. At ſubit è duobus unum, quod mihi doluit, doletque ſemper, & quidem impenſiùs nimirum quod culpâ, & impudentiâ quorumdam facundis, ſed infæcundis loquacitatibus Philoſophia mater viſa eſt commigrare in meram philologiam, vel inquam circulatoriam artem quadam nundinatione, & lenocinio verborum ob innovandi libidinem, vel cacoethem. Dolet non minùs alterum, quod nonnulli Sophiſtæ eam majori ex parte reddidere captioſam, ac diſſidiis, tricisque involutam propagarunt, à quibus potiùs fallere, fallique diſcimus. At faceſſant hinc quæſo hujuſmodi Aſſertores, qui tamquam noctuæ cum umbris in gurguſtiis habitent. Verùm ut ut hæc ſint, ac contingant, inconfeſſo tamen eſt (quiſque pro re nata plaudat, vel blateret) quod quævis ars, vel facultas habet patronos, vel fautores ſuos, quos ſi Philoſophia, ſiquæ aliæ ſcientiæ proprios prælaudant, plures & emeritos habet etiam *hiſtoria*, hocce tamen diſcrimine, quod Philoſophia, & nonnullæ aliæ facultates animos edocendo perficiunt; hiſtoria verò recolendo perfectos comprobat, confirmatque; ex illis pleræque non multùm utiles; hæc autem utilis, veritatis eſt ſedes, domicilium, aut propugnaculum; ex illis quædam tabidâ vetuſtate obſoleſcunt nonnunquam; hæc nedum ab injuria temporis reparat, & reſtituit eaſdem redivivas, ſed etiam experientiam fovet, ac vir-

tutum

tutum nitorem, vitiorumque deformitatem explanat. Propterea meditanti mihi tantopere, & majora *Veterum* evolventi, *Recentiorumque monumenta*, potissimùm quippe, quæ ad rem numariam attinent, nuper obvias ad me pervenisse contigit hasce *Joannis Petri Bellorii* haud antea editas *adnotationes in XII. priorum Cæsarum numismata*, aliàs olim ab Ænea Vico evulgata, quorum autem opera Virorum quo fuerint adjumento selectioris literaturæ studiosis, qualemque sibi vindicarint laudem huc usque plana & visa jam res est. Itaque si omni jure officiorum me tibi, Eminentissime, ac Ornatissime Princeps enixè noverim obstrictum *adnotationes* ipsas meritò tibi sistere in votis habui; verùm præcipua hujus observantiæ caussa mihi fuit non is profectò, qui communiter exoritur intuitus è præclarissimo tui nominis genere, non qualis è tua, tuorumque tam honorificâ, qua fulges, dignitate suscipitur (publicum enim ad morem hæc plurimùm prævalent) sed quod præ aliis in hac vita commendandum est, quod optimæ Te refertissimum eruditionis, atque cultorem omnium bonarum artium amantissimum puto, earumque præsertim quæ ad antiquæ supellectilis historiam attinent; ubi quemadmodum gaudes vetustis Romanorum symbolis, ac historiis, quæ primævi eorum imperii produnt dignitatem, ita parem eisdem excolis genium, Romanamque mentem. Quod si *historiæ qualitas*, *vel natura* in eo sita est quod *sit rerum publicè gestarum diffusa*, *&* *continuata narratio*, quam supellectilem conferat reliquis disciplinis, qualisque fuerit fructuosa seges, vel ejus materies, doceant Herodotus, Thucidides, Xenophon, Polibius, Dionysius Halicarnasseus, Sallustius, Livius, Diodorus Siculus, Cornelius Tacitus, Appianus, ceterique id genus Historiarum primæ notæ scriptores. Attamen inter præcipuas isthæc *Augusta XII. Cæsarum* recensetur *historia*, quæ quantâ mehercle magnificentiâ, dignitate, ac amplitudine reliquas antecellit, tantæ molis erat de ea scitè & magnificè loqui. At bone Deus! ubi modò tam vehemens dicendi, ac diserta facultas? ubi bonarum artium cultus? ubi virtutum præsidia, vel comitatus? Itaque age macte virtute Alexander Princeps meritissime, planum effatum: opposita juxta se posita magis elucescere: non enim rationem *albi* (cujus candoris nomen & omen habes) adamussim, & peræquè discernimus, ni ei appositè obveniat nigrum; neque virtutum proprium, ac debitum metimur nitorem, nisi ignorantiæ vel oppositione vitiorum. Ac propterea si fœda crimina vitæ, si plerumque commissæ tot piacula culpæ triumphali invehuntur curru; si vitiis tàm *bene*, literis autem huc usque tam malè *ventum* est; quantò magis contra pro tempore virtus elucescit, siquos exornat Fautores suos. Quæ igitur potissimùm est tuæ mentis integritas, quæ virtus, ac suavitas morum, quæ, qualisque tua scientiis adipiscendis solertia ob animi tui honestatem probè, pièque excolendam, quanta sollicitudo ad omnigenam, rectamque vitæ institutionem, liceat mihi modò, si affatim non mihi suppetunt vires, sic leniter, tenuique penicillo adumbrare, non inquam pingere, leviter enarrare, non exornare. Ceterùm siquid honorificentius, siquid sublimius, siquid præstantius publicè, aut privatim malis expressum, recole quid de tua summa dignitate, quid de amplitu-

 plitu-

plitudine ſentiant non quidem dumtaxat Romæ vulgus, ſed potiùs concors Literatorum cœtus. Prætereo tamen quæ de tuis *Majoribus* innumera typis prodita in *albo* tuo meritò continentur præconia, prætereo præſertim ea quæ de Patruo tuo felic. record. CLEMENTE XI. PONTIFICE MAXIMO ſingulari ſapientiæ Vindice, ejuſdemque Cultorum Aſſertore, nam de his ſat eſt cum Claudiano.

Per lauros numerantur Avi ſemperque renati
Majeſtate virent & prolem fata ſequuntur,
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.

Quod ſi rerum geſtarum, avitarumque virtutum Te exhibes, Romæ, non minùs hæres, quàm æmulator, gaudete jam tandem, & adeſte huc omnes pulverulenti Philoſophi, vos omnes doctrinarum Cives, alliciat vos fauſtus Venuſini cantus.

Sint quos curriculo *pulverem olympicum*
Collegiſſe juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

Lætetur inſuper Roma, & exultet, *redierunt* enim *ſæcla Saturni, ac Mæcenates*, unde nil verè doctis anteactis ſæculis debet ætas noſtra invidere, quin illa nobis.

En CURRICULUS, *en meta, en* cœleſtis
Præſcia venturi, LAURUS, *quæ ſigna ſalutis*
Attulit.

Lætamini mecum & vos Cultores omnes; nam ſi cedere fatis aliquando viſæ ſunt diſciplinæ, pro illis nunc dies fauſtus illuxit prævio CLEMENTI, providoque SYDERE, atque Albæ auroræ redeunte face. Supereſt tandem PRINCEPS ORNATISSIME, ut inter alia quæ tuo in *Albo* ſcripta ſunt monumenta, hocce meum etiam, qualecumque ſit munuſculum, ut ſoles, læto animo excipias, ſitque perpetuum Tuæ gratitudinis, meique erga Te ſingularis obſequii, & obſervantiæ pignus. Quod Deus bene vertat, Teque ſoſpitet diù ad literariæ Reipublicæ decus, & incrementum. Vale.

EMINENTIÆ VESTRÆ

Humillimus, Addictiſſimus Famulus
Belliſarius Amidei.

PRÆ-

PRÆFATIO EDITORIS.

Um diu litteræ, bonæque artes in Italia jacuissent, postquam barbaræ, efferæque nationes in ipsum irruentes, eas, una cum Romano Imperio, everterunt, ac profligarunt; tandem nostrates post plura sæcula, excussa barbarie, quam teterrimi hostes invexerant, ad ingenium suum rediere, ac veluti è quodam veterno excitati, sensim ad eas disciplinas, quæ florentibus olim nostris rebus, magno in pretio habitæ fuerant, animum convertere; hinc ad dispellendas eas ignorationis, ac inertiæ tenebras, quibus cuncta obducta erant, viri ingenio, ac doctrina præstantes, non tantum Philosophorum, Rethorum, Historicorum, ac Poetarum, & omnis generis Scriptorum monumenta adhibuerunt, verum etiam ad omnem antiquitatem penitius dignoscendam, litteratos lapides, signa, gemmas scalptas, numismata, aliaque id genus, veluti paucas è maximo naufragio servatas tabulas, anxii collegere, eaque scriptis illustrare aggressi sunt; nummos veteres præcipuè, qui potiorem, ac splendidiorem antiquariæ suppellectilis partem efficiunt; primus autem, qui de hisce, nullo præeunte, ac facem præferente, peculiarem tractationem instituerit, fuit Æneas Vicus Parmensis, & quod magis mireris, homo, qui ab ineunte ferè ætate delineandi arti, & Calcographiæ operam dederat. Delineavit insuper ille XII. priorum Cæsarum imagines ex numismatibus, eorumdemque numismatum aversas partes accuratè expresserat, ac æri a se incisas publici juris fecerat; rarior is liber, licet pluries cusus, erat, & jam venalis apud Bibliopolas esse desierat, quamobrem illum Joanni Petro Bellorio, inter sui ævi antiquarios nulli secundo, iterum edere mens fuerat, & ea, qua erat eruditione, notas addidit; Cæsarum vultus majore forma à præstantioribus, qui tunc florebant, Calchographis, exprimi voluit: opus hoc, quod diu latuerat, cum in manus nostras, una cum æneis tabellis, non modico impendio pervenisset, prælo committere, & in lucem proferre decrevimus, rem gratam antiquitatis studiosis nos facturos, putantes; vitas eorumdem Cæsarum in compendium redactas, quas priori editioni Antonius Zantanus addiderat, ad aliud non profuturas, quam ad augendam libri molem, consultò omisimus, cum facilè parabiles, imò unicuique ad manus sint. Non abs re autem visum est, Vici, & Bellorii opera diligentius, ac sigillatim referre, & aliquid de utriusque vita delibare.

Æneas Vicus Parmæ in Æmilia natus est ineunte sæculo XVI., & primum litteris, ac disciplinis honesto adolescente dignis excultus, natura ducente ad imitationem eorum, quæ viderat, delineandi arti toto pectore incubuit. Exorta erat superiore, eo, quo ipse vixit sæculo, & eodem fere tempore, ac typographica in Germania, ars chalcographica Florentiæ, casu quodam, ac tenuissimis, & rudibus initiis, ut in hisce rebus usuvenire solet, Thoma Fortiguerrio, & Baccio Baldino fabris aurariis obstetricias manus admoventibus, creverat inde Romæ, & in conspectum hominum venerat opera Andreæ Mantineæ pictoris tunc celeberrimi, qui imagines æneis laminis ferreo stilo exaratas, sulculis atro colore oppletis, vi præli cartis impressit omnium admiratione, easque primus vulgavit, Innocentio VIII. Pontifice regnante, adoleverat verò & ornatior prodierat cura Alberti Dureri Norimbergæ, & M. Antonii Raymundi Romæ; & jam ea ars apud omnes multo in honore habebatur. Huic igitur Vicus operam dare totis viribus decrevit, ac ut erat felici ingenio assidua exercitatione corroborato, brevi inter primos Chalcographos haberi cæpit; expresserat ille æri incisum Caroli V. Imperatoris vultum adeo feliciter, ut imago hæc magnam illi nominis pepererit celebritatem; quamobrem à Cosmo Medice Florentiæ Duce, qui peculiari, ac veluti hæreditario quodam familiæ suæ jure litteras, & liberales artes fovebat, magnis propositis præmiis Florentiam, uti ipse testatur, accitus est. In ea urbe præstantiorum pictorum tabulas Rubei, Bandinelli, Bonarotii incisas evulgavit, inde principis jussu Joannis Medicei patris sui, Italicæ militiæ decoris, imaginem incidit, protulitque, non tam simillima oris lineamenta, quam vividam illam virtutem exprimens,

Filippo Baldinucci Cominciamento, e progresso dell' arte di intagliare in rame pag.iv.

Nella lettera dedicatoria nel trattato delle Medaglie.

primens, qua dum ad Padi ripas hostium vim retardaret, ac retunderet, ferrea pila ictus, & coxendice fracta, obiit tertio kal. Januar. MDXXVI. atque utinam incomparabili heroi longior vita data fuisset, nae ille cladem, ac vastitatem, quam perfidi hostes paucos post menses nobis intulerunt, in eorum capita convertisset, sed ad Vicum redeamus: ad nativam ille speciem Cosmum Ducem Florentiae expressit, atque, ut in delineandis ad vivum hominum vultibus excellebat, Jo. Francisco Donio indefesso illo etrusco Scriptore urgente Principum, ac eo tempore armis, & litteris illustrium virorum imagines aeri insculpsit, Henrici II. Galliarum Regis, Petri Bembi, Ludovici Areosti, aliarumque, atque has, cum jam Venetias migrasset, ubi in clientelam Alphonsi II. Ferrariae Ducis transiit, & viriculo Serenissimae Familiae Estensis stemma genealogicum ad magnae quercus instar impressum editum est anno 1562., stemma praeterea cognationum XII. Caesarum duobus foliis expansis, & Gemmae incisae & excisae (Cameos vocant) libello in quarto. Haec primum Venetiis prodiere, inde in Calcographeium Jo. Dominici de Rubeis Romam allata sunt. Non praetermittenda autem Tabula Hieroglyphica ex Petri Bembi Musaeo, *quae revera mensa Isiaca est, in Pinacothecam postea Ducum Mantuae translata, & nunc Regium Augustae Taurinorum veterum rerum thesaurum exornat, hujus ectypum primus protulit Vicus, ejusque industriam, ac diligentiam laudibus extollit Laurentius Pignorius Patavinus, qui eam doctissimo commentario illustravit. Et jam ille sese ad antiquitatis studium ex animo dederat, cumque Romana, Graecaque numismata ex cunctis ferè Europae partibus, ut ipse ait, sibi comparasset, mente conceperat absolutam numismatum Romanorum Imperatorum seriem delineatam evulgare, ac, ut litteras semper coluerat, commentariis augere, irrito tamen conatu ob immensi operis difficultatem, quod aequè post ipsum evenit Huberto Goltzio industrio Chalcographo; ambo tamen laudandi, quod magnis ausis exciderunt. Protulit praeterea Vicus XII. priorum Caesarum aerea, argentea, ac aurea numismata a se delineata, aerique incisa, Antonio Zantano Veneto, comite, & equite uniuscujusque Caesaris vitam addente, librum hunc primum editum nobis videre non contigit, qui tamen Parmae prodiit anno 1553. ipsius Vici nomine, ut discimus ex indice librorum Bibliothecae Duboisianae tom. 2. pag. 419., sed cum summo plausu exceptus fuisset, & ab omnibus expeteretur, sequenti anno alteram editionem paravit, locupletissimo auctam indice, hoc titulo.*

Giorgio Vasari Vite de' Pittori edit. 2. de Giunti tom. 2. part. 3. p. 306.

Laur. Pignorii Mensae Isiacę expositio fol. 6. pag. 2.

In epistola nuncupatoria Pio II. 1. lib. Commentariorū.

Omnium Caesarum imagines ex antiquis nummis desumptae, addita perbrevi cujusque vitae descriptione, ac diligenti eorum, quae reperiri potuerunt aversae partis delineatione, Libri primi editio altera. Aeneas Vicus Parmensis fecit 1554. forma quarta. *Iterum excudit Romae Jo. Mascardus anno 1614. atque is ipse est, quem modo denuo nos vulgamus.*

Protulit inde vir laboriosissimus librum materno sermone conscriptum & Cosmo Etruriae Duci dicatum.

Discorsi sopra le Medaglie delli antichi. In Venezia 1555. quarto.

Prima haec de antiquis nummis tractatio, à nemine antea tentata, adeo communi doctorum virorum suffragio probata est, ut pluries praelum subierit; Anno 1558. excudit Venetiis eadem forma Gabriel Giolitus, & 1619. Parisiis Joannes Duvallius; Parmae edidit anno 1691. Gaudentius Robertus, & inseruit inter rariores libros a se recusos tom. 2. Miscellan. Italic. erudit. pag. 540. Liber in duas partes dividitur, in prima agit de iis, quae in nummis observari solent, metallo, è quo conflati sunt, quorum principum, aut illustrium virorum vultus referant, tractat, aversarum partium typos, inscriptiones, notas, ac de nummis maximae formae, & praecipuè iis, quos contorniatos *vocant, de quibus integram, & elegantissimam dissertationem vulgavit Sigebertus Havercamps typis Batavicis Vander Aa anno 1722. Fraudes insuper indicat Vicus quorumdam, qui ad veterum imitationem recentius efficta numismata venditant; parte altera ostendit fructum, qui ex nummis haberi potest, eorumque usum, ac praestantiam, quod argumentum penitus exhausit nostra aetate doctissimus Ezechiel Spanhemius magno opere, quod primum prodiit Romae 1664. per Mascardum in quarto, inde duobus voluminibus eadem forma apud Elzivirios Amstaelodami 1671. & nuper excrevit in duo volumina in fol., primum Londini*

Bandurii Bibliotheca Numismat. pag. vij.

dini per Richardum Smidt 1706., *secundum posthumum*, *ac numismatum iconibus illustratum ab Isaaco Verburgio Amstelodami apud* Wetstenios 1717.

Edidit inde Augustarum imagines è numismatibus, *elegantissimis parergis exornatas*, *additis breviore stilo unicujusque ipsarum vitis materno sermone*.

Le imagini delle Donne Auguste intagliate in stampa in rame con le Vite, e Sposizioni di Enea Vico sopra i riversi delle loro medaglie antiche. In Vinegia appresso Enea Vico Parmegiano, e Vincenzo Valgrisio 1557.

Dicavitque Hippolyto Cardinali Estensi, *hoc ipsum opus ex italico sermone in latinum vertit Natalis Comes Venetus*, *& Othoni Thruchsesio Cardinali Augustano nuncupavit*.

Augustarum imagines æneis formis expressæ, vitæ quoque earumdem breviter enarratæ, signorum etiam, quæ in posteriore parte numismatum effecta sunt, ratio explicata ab Ænea Vico Parmense, fæliciſſimo Othonis Truchzis Cardinalis genio d. Venetiis 1558.

In hujus libri præfatione, *crimen*, *quod illi impegerant aliqui*, *extenuat*, *& diluit*, *ipsum nempe ex ingenio plurimos Augustarum vultus*, *qui in nummis*, *non inveniuntur*, *finxisse*, *fatetur enim apertè non ex antiquis numismatibus eos delineasse*, *sed ex libro*, *cui titulus*: Illustrium Imagines, *qui licet Andreæ Fulvii nomine inscriptus circumferretur*, *alios tamen habuit auctores*, *& præcipuè Jacobum Sadoletum*, *impressusque fuit typis Mazochii anno* 1517. *& Leoni X. P. M. oblatus*, *qui liber apud omnes magna tum in existimatione erat*; *opus hoc Vici eodem titulo restituit Parisiis anno* 1619. *Jo. Baptista Duvallius per Maceum Ruette forma quarta*.

Prosequebatur fæliciter Vicus ingens opus numismatum omnium Imperatorum, *de quo supra mentionem fecimus*, *& jam plura tabellis æneis viriculo expresserat*, *primumque librum vulgavit Pio IV. Pont. Max. nuncupatum*.

Ex libris XXIII. Commentariorum in vetera Imperatorum numismata Æneæ Vici. Liber primus Venetiis 1560., *& iterum cudit* Parisiis Duvallius anno 1619. quarto.

In hoc de C. Julio Cæsare agit, *& ejus vitam breviter*, *ac pressè conscriptam profert*, *celebriora gesta ex nummis illustrat*, *ad hujus imitationem paucos post annos Hubertus Goltzius Erbipolensis calchographus & ipse*, *& rei antiquariæ peritus*, *vitam*, *& res gestas Julii Cæs. edidit Brugis Flandrorum in fol. Vicus autem morte præventus cæteros Commentariorum libros in lucem emittere non potuit*, *sed æneæ lamellæ incisæ à Nerva Imperatore ad L. Verum*, *quas ipse paraverat*, *cum in Jacobi Franci calchographi Veneti potestatem venissent*, *evulgavit hic*, *dicavitque Francisco Contareno D. Marci Procuratori*, *hac addita epigraphe*.

Reliqua librorum Æneæ Vici Parmensis ad Imperatorum Historiam ex antiquis nummis pertinentium. Venetiis 1601. *Sed jam ad Bellorium accedamus*.

Joannes Petrus Bellorius natus est Romæ patre Jacobo, *honesto proboque viro*; *is postquam grammaticorum*, *& Rethorum præceptis satis imbutus est*, *ad philosophiam*, *cæterasque disciplinas accessit*, *optimum ipse ingenii*, *morumque specimen dedit*, *& jam latina & italica poesi faventibus musis*, *inter ætate æquales*, *excellebat*, *quamobrem amantissimus parens*, *aulæ destinaverat*, *ac ut conscribendis litteris operam daret*, *erudiendum tradidit Francisco Angelono Interamnati*, *integris moribus viro*, *ac ab epistolis amplissimi Cardinalis Hippolyti Aldobrandini Clementis VIII. ex sorore pronepotis fato functi anno* 1638., *erat Angelonus antiquitatis peritissimus*, *instructamque bibliothecam comparaverat*, *ac percelebre Musæum*, *quod post ejus mortem*, *concisum*, *ac distractum vidisse*, *dolet Bonannus*; *quotidie Angeloni domum ventitabat Bellorius ad optimum senem invisendum semper enim*, *ut ipse ait*, *eum coluit*, *ac loco patris habuit*, *ille verò honestissimi juvenis*, *ac ingenio florentis*, *indolem admiratus*, *ad antiquitatem perlustrandam*, *suscipiendamque horum studiorum rationem auctor eidem fuit*, *& incentor*; *obsequutus est Bellorius*, *& brevi in his disciplinis adeo profecit*, *ut illius expectationem superaverit*. *Ediderat Angelonus Romæ typis Andreæ Fei anno* 1641. *Historiam augustam numismatibus illustratam italico sermone*, *atque hanc severiore censura notaverat vir quidem eruditissimus*, *sed paulo acerbior*, *Tristanus Sanctamantius in primo volumine Commen-*

Phil. Bonanni nus Musæum Chirchetianum init. Prefazione alla seconda edizione della Storia Augusta.

mén-

mentariorum Historicorum gallicè conscriptorum; *non tulit hoc Bellorius tunc* calidus juventa, *postea adultà, firmatuque ætate alioqui mitissimus, qui vel lacessitus, neminem læsit, statimque in arenam descendit, scriptoque italico par Sanctamantio rependit.*

Il Bonino, overo avvertimenti al Tristano intorno gl'errori delle medaglie nel primo tomo de' suoi Commentarj Storici in quarto.

absque impressoris nomine, & anno; à pluribus liber hic Angelono tribui solet, sed cl. vir Prosper Mandosius non minus nobilitate, quam ingenio, dum vixit, illustris, Bellorium edidisse affirmat, testemque adducit Augustinum Oldoinum in Atheneo Ligustico; at quoniam in hoc italicum scriptum incidimus, reliqua materno sermone variisque temporibus ab eo evulgata, prosequamur.

Prosperi Mandosii scriptor. Romanor. tom. 2. Cent. 10. num. 86. pag. 335.

Vite de' Pittori, Scultori, & Architetti moderni. Roma per il Mascardi 1672. in 4.

Cui libro præfixit: l'Idea del Pittore, Scultore, ed Architetto. Discorso recitato nella Accademia di S. Luca 1664.

Iterum prælum subiit Neapoli 1728. *sed minus nitidis typis Opus hoc, ut primum prodiit, omnium plausu commendatum, & elegantissimis imaginibus exornatum, inscripsit Joanni Baptistæ Colberto Marchioni de Segnalai, qui eo tempore Ludovici Magni Galliarum Regis gratia pollebat; paraverat autem alterum ejusdem generis volumen, quod adhuc manu auctoris scriptum delitescit apud Dracones, uti ajebat vir magnus, thesauris suis incubantes. Scripsit autem Bellorius in utraque lingua perspicuè, ac ornatè, & cum lenitate quadam æquabili, ac profluente, abhorrebat enim à vitiis, quæ in eloquentiam irrepserant suo ævo, quo, ut Petronii verbis utar, ventosa illa, & enormis loquacitas omnium animos, pestilenti veluti quodam sydere, afflaverat, & sane, cum pictorum, quorum vitas concinnaverat, tabulas refert, imagines in eis expressas adeo feliciter describit, & quodammodo ob oculos ponit, ut sicuti illi pennicillo, ita ipse calamo pinxisse videatur, edidit præterea.*

Vita di Pietro della Valle detto il Pellegrino nella terza parte de' Viaggi del medesimo. In Roma per il Mascardi 1663. in quarto.

Colonna Trajana scolpita con l'istoria dell'una, e l'altra guerra di Dacia, e vittoria ottenuta da Trajano, disegnata, ed intagliata da Pietro Santi Bartoli, ed esposizione latina di Alfonso Ciacconio, compendiata nella volgare sotto ciascheduna imagine da Gio. Pietro Bellori. fol.

Le pitture antiche del sepolcro de' Nasoni nella via Flaminia disegnate, ed intagliate da Pietro Santi Bartoli. Roma per Gio. Battista Bussotti 1680. fol.

Latine reddidit Ludolfus Kuster, seu Neocorus, & Jo. Georgius Grævius inseruit tom. 12. *antiquit. Roman. pag.* 1021. *iterum excusus est quibusdam aliis veterum picturis additis, quas notis illustravit Angelus Causeus.*

Le pitture antiche delle grotte di Roma, disegnate, e intagliate da Pietro Santi Bartoli, e Francesco suo figlio, descritte, e illustrate da Gio. Pietro Bellori, ed Angelo Causeo. Roma per il Zenobi 1706. fol.

Antiche urne sepolcrali Romane, ed Etrusche, intagliate da Pietro Santi Bartoli. fol. *Latinum fecit Alexander Ducherus, & extat tom.* 12. *antiquitat. Græcarum Gronovii pag.* 1. *Historiam Augustam Angeloni iterum edidit Bellorius, & ex illius schedis, & à se multis, quibus scatebat erroribus, expurgavit, variis insuper nummorum aversis partibus è thesauro antiquario Reginæ Christinæ auxit.*

L'Istoria Augusta da Giulio Cesare a Costantino il Magno, illustrata con la verità delle antiche Medaglie da Francesco Angeloni, seconda impressione Roma 1685.

Le antiche Lucerne sepolcrali con le osservazioni. Roma per il Buagni 1691. fol.

Hasce observationes latinè redditas adtexuit Gronovius tom. 12. *ant. Græc. Thes. pag.* 1.

Descrizzione delle imagini dipinte da Rafaello da Urbino nel Vaticano. Roma per Gio. Jacopo Komarek 1695. fol.

Hæc italicè, latine autem scripsit.

Numismata apibus insignita *post symbolicam Dianæ Ephesiæ statuam à Claudio Menetrejo*

netrejo expositam Romæ 1657. fol. seorsim autem prodiit dissertatio Romæ per Varesium, 1658. fol., & iterum a. 1688. apud Jo. Jacobum de Rubeis Romæ, & tom. 1. Thesaur. antiquit. græcar. Jacobi Gronovii pag. 401.

Selecti nummi duo Antoniniani Romæ per Jacobum Dragondellium 1672. in 8.

Nummus Antonini Pii de anni novi auspiciis, ac dissertatio de nummo Commodi & Annii Veri Cæss. Romæ 1696., & *Amstelodami ad calcem operis Monterchii*.

Veteres arcus augustorum triumphis insignes 1690. apud Jo. Jacobum de Rubeis Romæ fol.

Fragmenta veteris Romę. Romæ per Josephum Corvum 1673. fol. & tomo 4. *Thesaur. antiquitat. Romanar. Grævii pag.* 1595.

Columna Coclis Antoniniana. Romæ apud Jo. Jacobum de Rubeis fol.

Notæ ad arcum Titi apud Franciscum Perrier. Parisiis fol.

Icones, & segmenta illustrium in marmore. Parisiis apud Perrier 1645. fol. magno.

Veterum illustrium Philosophorum, Poetarum, Rethorum, & Oratorum imagines, ex nummis, gemmis, marmoribus &c. Romæ apud Jo. Jacobum de Rubeis fol.

Admiranda Romanarum antiquitatum, ac veteris sculpturæ vestigia 1693. apud Jo. Jacobum de Rubeis. Romæ fol.

Tot igitur editis præclaris ingenii sui monumentis clarissimus evasit, ac omnium laudem, & admirationem, ita promeruit, ut illum ferè nemo ex nostris, seu transalpinis hominibus, qui res, quæ ad antiquitatem spectant, tractavere, illaudatum dimiserit; quorum nomina supervacaneum, & molestum esset referre; quamobrem Christina Alexandra Svecorum Regina in Aulam suam ascivit, eique Bibliothecæ & Musæi cura demandata est Francisci Camellii loco, qui oculorum usum amiserat. Habebat domi Bellorius multam omnigenæ antiquitatis suppellectilem longo annorum spatio à se conquisitam, & jam anno MDCLXIII. inter celebres Urbis Cimeliothecas numerabatur, quæ tamen post ejus mortem in Germaniam abiit, ad augendum Brandeburgicum harum rerum thesaurum. Sed jam, ad extremam senectutem cum pervenisset, vir, & Christiana pietate, & singulari eruditione insignis fato tandem cessit anno MDCXCVI. octogenario major.

Nota de' Musei, librerie di Roma. Roma per il Falco 1663. Laur. Begeri Thesaur. Braudeburgic. tom. 3. præfat. & pag. 1.

Hoc igitur opus, quod in lucem à nobis profertur Vici, & Bellorii industria, ac ingenio concinnatum, tibi offerimus, quisquis leges, atque eo, ut veterem dicendi formulam usurpemus, UTERE FELIX.

IN-

INDEX CÆSARUM.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo P. Mag. Sacri Palatii Apostolici.

N. Baccarius Episc. Bojan. Vicesgerens.

Legi librum hunc Æneæ Vici de nummis priorum duodecim Cæsarum cum adnotationibus Joannis Petri Bellorii juxta mandatum Reverendiss. Patris Jo. Benedicti Zuanelli Sac. Apost. Palatii Magistri, & adprobavi, & qui typis edatur, dignum judicavi. Ex Collegio Clementino die XXIII. Aprilis M. DCC. XXX.

Jo. Franciscus Baldinus Cl. Reg. Congregationis Somaschæ, Sacrarum Congr. Rituum, & Indicis Consultor.

Librum, cui titulus: *Joannis Petri Bellorii Romani Adnotationes in XII. Priorum Cæsarum Numismata, &c.* jussus à Reverendiss. Patre Sacri Palatii Apostolici Magistro perlegi; & quòd nihil in eo Christianæ nostræ Religioni Sanctissimæ, probisque moribus contrarium aut dissonum deprehenderim, in lucem edi posse, judicavi. Romæ XXVI. Aprilis CIƆIƆCCXXX.

Joseph Roccus Vulpius Societatis Jesu, in Græcorum Collegio Studiorum Præfectus, & Sacræ Theologiæ Polemicæ Lector.

IMPRIMATUR:

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ord. Præd. Sacri Palatii Apost. Mag.

C. JU-

I.

C. IVLIVS. CAESAR.

C·I·CAESAR·
S C
CAESAR
PRAET
CAESAR DIC TER
COL L IVL CO
COL IVL
EX SC
EX AERE

C·I CAESAR·
M·METTIVS
B
BVCA
L·AEMILIVS
III·VIR
L·FLAMINIVS
L·BVCA
CAESAR
EX
ARGENTO
AA II

C I CAESAR
P·SEPVLLIVS
MACER
L·BVCA
C·CAESAR·DICT·PERP·PONT·MX
C·CAESAR·COS·PON·AVG
EX
AVRO

C. JULIUS CAESAR

EX AERE.

DIVO JULO. Julii Caesaris caput.

1. S. C. Caesar quadriga Elephantorum invectus. Hunc fictitium e Trajani nummo desumptum Vicus primus edidit, postea in Julii Caesaris commentario recenter flatum agnovit. Edidit Goltzius, & nuper Angelonus.

DIVOS JULIUS. Caput Julii Caesaris laureatum. Videndum in Augusto nummo 50.

2. CAESAR DIVI F. Caesar Divi filius. Caput junioris Caesaris, qui postea Augustus fuit cognominatus. Horatius ode ad Augustum, ut in Urbem redeat.

Divis orte bonis, optime Romule
Custos gentis, abes jam nimium diu:

Horat. Carm. lib. 4.

Hic nummus non Romae, sed in Hispania fuit cusus a juniore Caesare, antequam ipse victor ad urbem rediret ex Cantabrico bello, & Augustus cognominaretur. Impressus est porrò non ad elegantiam Romanorum, sed aliorum instar, qui in Coloniis ejusdem provinciae cusi sunt. Quoad inscriptionem notandum est Augustum Caesari patri inter sydera recepto celestis originis Juliae familiae cognomen tribuisse. DIVOS JULIUS. Sibique Caesaris nomen testamento relictum sumpsisse. CAESAR DIVI F. ad captandum etiam plebis studium, ut notat Plutarchus. *Caesaris verò nomenclatio ab ipso Augusto Successoribus transmissa summi fastigii ac principatus evasit*. De titulo DIVI JULI in Augusto eodem nummo 50.

Plut. in Bruto.

C. CLOVI. PRAET. Corrige PRAEF. Cajus Clovis Praefectus Urbis.

3. Ommisso Triumviri monetalis titulo, major Praefecturae magistratus in nummo signatus est. Mulier gradiens cum trophaeo, non Roma, neque Victoria, sed Minerva est, ad cujus pedes Draco, ut in ejus Simulacris. Unde Erizo, aliisque non assentimur, qui per anguem Africam provinciam a Caesare devictam significari arbitrantur, ut infra in Augusti argenteis nummis. Gerit Minerva humero trophaeum gradiens ad similitudinem Martis, qui signatus est in nummis cum titulo MARS VICTOR. Haec inde Minerva cognomento Νίκη, seu Νικηφόρος, Victoria, seu Victrix, de qua apud Auctores, & in inscriptionibus. Probabilius tamen eodem simulacro appingi Minervam spolia reportantem cognomento laphryam quasi laphyriam per sincopen, ut exponit Lycophronis interpres, quod Victores bello redeuntes ferant τὰ λάφυρα idest Spolia. Victoria etiam dicebatur πάρεδρος a Minerva assistente. Ab angue eadem Minerva salutaris dicta, de qua Plinius, Pausanias, & Plutarchus. Alterum hujus nummi latus sequens est.

4. CAESAR. DICT. TERT. Caesar Dictator Tertium. Caput Victoriae seu potius Veneris Victricis cum alis, cujus integra imago inter gemmas Leonardi Augustini insculpta; hic nummus cusus est post Pharsalicam Victoriam anno ab U. C. DCCVII. Caesare Dictatore, & Consule Tertium, Pharnace, & Juba devictis, ut Ursinus, Erizus, & Vicus observant.

5. COL. L. JUL. COR. Bellerophon chimæram jaculo adoriens ; Vicus, Nonius, Goltzius interpretantur *Colonia Latina*, five *Latinorum Julia Corinthus*; Sic Erizus in nummo Commodi, in quo Delphinus cum Melicerta appictus est. Propria vero interpretatio Colonia Laus Julia Corinthus, ut in aliis Caesaris nummis legitur LAUS. JUL. CORINT. Sic laus Pompeja nunc *Lodi* in Gallia Transpadana. Plurima sane Coloniarum prænomina a virtutibus seu titulis Caesaris desumpta; Virtus Julia, Pietas Julia, Pax Julia, Felicitas Julia, Claritas Julia, & sic Laus Julia. Plurimi etiam Imperatorum nummi extant a Colonia Corinthi percussi cum inscriptionibus COL. COR. Colonia Corinthus, C. L. I. COR. Colonia Laus Julia Corinthus, & in Goltzii thesauro COL. JUL. AUGUSTA CORINTHUS. Auctor est Appianus Caesare Colonos Carthaginem, Corinthumque dimissuro interim occiso, Augustum Carthaginem erexisse, sed res certa est ex Plutarcho, Dione, & Diodori scriptis editis a Valesio, Carthaginem, & Corinthum Colonos missos a Caesare, Urbemque a fundamentis instauratam, quod etiam probant Pausanias, & Strabo, qui Urbem vidit nuper a Caesare instauratam propter loci opportunitatem. Annus vero deductæ Coloniæ eruitur ab U. C. DCCX. Julio Caesare, & M. Antonio Coss., quo anno, & Caesar ipse fuit occisus. Unde ex Appiani Sententia credibile est, ab Augusto perfectam Corinthi instaurationem fortè a Caesare non absolutam. Ad imaginem, & fabulam Bellerophontis genere Corinthii Chimeram expugnantis faciunt, quæ Palephatus tradit; rationem verò, qua in nummis Bellerophontem ipsum Corinthii signabant, docet Strabo. Ideo Corinthii præclari facinoris expugnatæ scilicet Chimeræ, civis eorum memores ejus exemplum in nummis expressere. Hujus nummi pars altera sequens est.

6. Caput muliebre, Veneris, autumant, sed verisimilius Amphitritis, aut Inus ex Nereidum choro unionibus exornato collo, & in nodum religatis crinibus. Templa, aræ simulacra in Isthmiaca regione Amphitriti, & Neptuno, cui sacra Isthmus, dicata fuere, itemque Ino, & Palemoni, in cujus honorem Isthmia instituta. Neptuni currus describitur a Pausania, Herodis Attici donarium in templo. Stant Amphitrites, & Neptunus in curru, & rectus Delphini insistit Palemon puer ebore, & auro. In medio basis, quæ currum sustinet, mare expressum est, & ex eo emergens Venus, assistunt utrinque Nimphæ, quæ Nereides appellantur. In eadem basi insculpti sunt etiam Tindarides, quod salutaria creduntur navibus, & vectoribus numina, tranquillitatis præterea, & maris simulacrum, & equus deinde, cujus quæ sunt infra pectus partes Cæti figura præferunt. Ino ad hæc Bellerophontes, & equus Pegasus. Vides Ino simul, & Bellerophontem, ut in nostro nummo cum cæteris Diis Salutaribus, nam prodesse navigantibus Ino quoque credebatur. Nero scissurus Isthmum Corinthi scenam ingressus hymnum Amphitritis, & Neptuni cecinit, & canticum Melicertæ, & Leucothoæ, quæ Ino est. Nec semel in Corinthi nummis Neptunus seu in curru a Pistricibus vectus, seu stans Tridentem tenens, pede altero Delphinum calcans, seu Melicerta puer Delphino vectus, seu Castor, ut in Augusti, Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii, Lucii veri, aliorumque nummis.

C. JULIUS CAESAR

EX ARGENTO.

IMP. CAESAR. Caesaris caput laureatum cum astro.

1. SEPULIUS. MACER. Venus victrix stans dextra victoriolam præfert, sinistra hastæ innititur, ad pedes clypeus. Pharsalico bello Caesaris tessera VENUS. VICTRIX, quam expressam videmus in hoc nummo, Pompeji tessera HERCULES. INVICTUS. Venerem etiam armatam in anulo sculptam gestasse Caesarem ipsum testatur Dio. Hæc Dea præcipue a Gente Julia colebatur, eademque GENETRIX cognominata, nam ab ipsa genus ducere per Æneam, & Julum Gens Julia vete-

Dio lib. 44.

veteri titulo gloriabatur, quo cognomine templum eidem in suo foro Caesar extruxit. Sic Livineii, Pinarii, Antonii ab Hercule, ab Jove Galba, Græcorum ritu, stemmata originemque assumpsere. Juliam etiam Gentem Alba profectam, ubi insedit Julius Æneæ filius, historici produnt; sed de Venere Victrici infra num. 3. Cæterum Ursino minimè hæreo opinanti, hunc nummum cusum mortuo jam Cæsare, quod ejus Capiti stella addita sit, divinitatis index; obstat enim titulus IMP. CAESAR. Siquidem stella crinita jam Divo, & inter sydera recepto Cæsare fulsit. Unde in nummis signatis ab Augusto in honorem demortui Patris semper additur Divi titulus. Probabilius Tristanus hoc esse Veneris astrum suadet, quod Idalium, Dioneumque dixit Virgilius. Circa caput Cæsaris, quod in antica parte hujus nummi expressum est, legitur IMP. CAESAR. Prænomine Imperatoris primus omnium usus est Cæsar, ut ostenderet se per antonomasiam unicum Imperatorem, qui aliorum omnium res gestas superaret, & hoc sensu Catullus ipsum irridet his hendecasyllabis.

Tristan. tom. 1, in Caes.

Irascere iterum meis jambis
Immerentibus unice Imperator.

Quare ad laudem, & ad potentiam Svetonius. *Prægravant tamen cætera facta, dictaque ejus, ut & abusus dominatione, & jure cæsus æstimetur; non enim modo honores nimios recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam præfecturamque morum insuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris patriæ.* Post Cæsarem eodem prænomine usus est Augustus, successive Tiberius; Caligula, & Claudius abstinuere.

Caput Caesaris Laureatum absque inscriptione.

2. L. MUSSIDIUS. LONGUS. Gubernaculum, cornucopiæ cum globo, caduceum, albogalerus, sive apex. Hoc emblemate designatur Cæsar orbis rector clavo sedens, ejusque fausto, felicique Imperio pace, & rerum copia cuncta gubernari. Simili typo ejusdem statuam decoravit Augustus, posuitque in Capitolio cum globo orbis terrarum, ac titulo ΚΑΙΣΑΡΙ. ΗΜΙΘΕΩ. Ad indicandum simul Cæsaris Sacerdotium adjunctus est apex, cum is fuerit flamen Dialis, & Pontifex.

Dio. lib. 43.

CAESAR. DICT. PERPETUO. Caput Cæsaris laureatum, velatum cum Veneris astro.

3. MACER. Venus Victrix dextra victoriolam præfert, sinistra clypeo innititur, infra globus. De clypeo & hasta, cum quibus in hac tabula Venus appicta est, ab ipsa Eneæ auctori Gentis Juliæ donatis, Virgilius

Hastamque, & clypei non enarrabile textum,
Illic res Italas, Romanorumque triumphos
Haud Vatum ignarus, venturique inscius ævi
Fecerat Ignipotens.

Virg. Æn. l. 8.

De ipso Cæsare canit Propertius

Tunc animi venere Decii, Brutique secures,
Vexit, & ipsa tui Cæsaris arma Venus.
Arma resurgentis portans victricia Trojæ
Felix Terra tuos cepit Jule Deos.

Prop. El. 1. l. 4.

Orbis sub armis Cæsaris succumbit Pompejo devicto. Quoad cognomen MACER in hoc nummo animadvertimus, plures ommissis prænominibus, & cognominibns Gentium adhibuisse tantum nuda agnomina, seu appellationes, ut MACER. LEPIDUS. CAESAR. Plures è contrario appellationibus prætentis usui habuisse prænomina tantum, & cognomina familiarum, ut promiscue in hisce tabulis Cæsaris, & Augusti. De prænominum vero, & cognominum ratione, & usu Cl. V. eruditione Eximius Ezechiel Spanhemius in sua dissertatione. Macer triumvir Monetalis fuisse videtur cum M. Mettio, & L. Buca, qui singuli Veneris victricis signum in nummis expressere.

DIVI. JULI. Caput Cæsari laureati cum lituo.

4. Q. VOCONIUS. VITULUS. Vitulus. Insignia appellationibus, & cognominibus confirmata videmus in familiis, ut Flores, Torques, Vituli, Thorii, appictis Flore, Torque, Vitulo, Tauro, quibus subscripta in nummis hærent nomina. Vituli tamen appellationem secundum rationes cognominum traditas

tas ab Appiano, & Plutarcho, natura, seu affectu aliquo manasse, credibile est a primordio Urbis, juxta rudes veterum Romanorum mores, quo tempore, ut canunt Propertius, & Ovidius.

Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis,
Pascebatque suas ipse Senator oves.

Unde Plinius. *Cognomina etiam prima inde, Pilumni, qui pilum pristinis, invenerat Pisonis a pisendo. Jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optimè genus sereret. Juniorum familiæ Bubulcum nominaverunt, qui bobus optimè utebantur*; eadem fortasse nominum antiqua ratio Vitulis, Thoriis.

CAESAR. DICT. PERPETUO. Caput Caesaris laureatum.
5. L. BUCA. Veneris genitricis Simulacrum in throno altera manu hastam puram, altera Victoriolam præfert.

Caput Cæsaris laureatum sine litteris.
6. Q. VOCONIUS. VITULUS. Q. DESIG. S. C. Quinctus Voconius Vitulus quæstor designatus. Vitulus de quo supra.

Cæsaris caput sine titulo.
7. TI. SEMPRONIUS. GRACCUS. Q. DESIG. Aquila legionaria in medio, hinc Signum Cohortis, inde aratrum, & jurga, seu decempeda Coloniarum Symbola. Moris fuit emeritos Milites sub vexillo in Coloniam duci, novamque Urbem aratro circumscribi, atque agros cuique dividi. Decempeda pertica erat decem pedum longitudine, qua agros ipsos metiebantur. In hoc nummo Titus Sempronius, & designationem quæsturæ suæ expressit, & Coloniæ typum, quam pertinere ad Coloniam Catilinam a Cæsare, & Bibulo Coss. ex S. C. anno DCXCIIII. deductam, & in ejus memoriam a Gracco Signatam, Ursinus adnotavit.

Caput Caesaris laureatum absque inscriptione.
8. L. LIVINEIUS. REGULUS. Taurus. Hunc Regulum, devicto Juba, reliquit Cæsar Adrumeti cum præsidio legionis, ut testatur Hirtius. Taurus furens pertinere videtur ad Cæsaris spectacula, in quibus Tauros dederat. Plinius Thessalorum inventum dicit. Svetonius de Claudii ludis: *Præterea Thessalos equites, qui feros Tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt.*

Plin. l. 8. cap. 45. Svet. in Claud.

CAESAR. DICT. PERPETUO. Caesaris laureati caput.
9. L. BUCA. Venus victrix stans.

CAESAR. PARENS. PATRIAE. Caput Caesaris laureatum, velatum; lituus, & Albogalerus.
10. C. COSSUTIUS. MARIDIANUS. A. A. A. F. F. nomen in decussis figuram scriptum. Cossutius hic, cujus nulla mentio, Cossutiæ Cæsaris uxoris frater, vel consanguineus verisimiliter habetur.

CAES. DIC. Caput Caesaris laureatum, ex occipitio Simpulum.
11. M. ANTON. IMP. Caput Antonii cum lituo. Inter cæteros honores Cæsari a Senatu decretos, & hic præcipuus fuit, ut pecunia ipsius imagine signaretur, quem honorem secundo communicatum Antonio, Cæsarianas partes tenenti, ex hoc nummo discimus, cum antea, stante Republica, Consularium nemini datus fuerit, sed a successoribus præstitus ad familiarum decus, qui majorum imagines in nummis, quasi in publicis clypeis, dicaverunt. Cum vero ex Dione non constet, quo tempore hic honos Cæsari contigerit, discimus etiam cum Dictatura eidem decretum fuisse: Imperatoris verò nomen consecutum Antonium sub ipso Cæsare contra Pompejum, nummus ipse demonstrat.

CAESAR. DICT. QUART. Caput Caesaris laureatum cum lituo.
12. M. METELLUS. Corrige METTIUS. Biga in qua Juno sospita cum clypeo, & hasta. Notat Ursinus ex Cicerone: *Juno sospita, quæ Lanuvii cum ha-*

Cic. de Nat. Deor.

hasta, Scutulo; calceolis repandis, & pelle caprina colebatur. Gentem Mettiam e Lanuvio oriundam forte designat; In modum ferientis hæc Dea appicta est cognomento sospita, seu Sospitatrix, & Servatrix, quemadmodum, & Apollinem salutarem, sive malorum depulsorem ΣΩΤΕΙΡΑ, seu ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΝ describit Macrobius sagittas jaculantem. Nec absimili argumento Vejovem, seu lares hostilios præbet nummus L. Cæsii cum hasta ad feriendum paratos, a quibus hostes arceri putabant, ac sospitatem, salutemque precabantur.

Livius lib. 8.

Macrob. Sat. l. 1.

IMPER. CAESAR. Caesaris caput cum lituo, & Simpulo.
13. M. METTIUS. Veneris victricis Signum.

CAESAR. DICT. PERPETUO. Caput Caesaris laureatum.
14. L. AEMILIUS. BUCA. Aliud Veneris victricis Signum.

Caput Caesaris sine litteris.
15. L. FLAMINIUS. IIII. VIR. Mulier stolata cum hasta, & caduceo, Dea Pax, seu Venus Pacifera, juxta descriptionem Lucretii

Effice, ut interea fera munera militiai
Per maria, ac terras omneis sopita quiescant;
Nam tu sola potes tranquilla pace juvare
Mortales, quoniam belli fera munera Mavors
Armipotens regit, in gremium, qui sæpe tuum se
Reicit, æterno devinctus vulnere amoris.

Lucret. lib. 1.

Sic apud Statium Mars Venerem alloquitur.

O mihi bellorum requies, & sacra voluptas,
Unaque pax animo, soli cui tanta potestas
Divumque hominumque meis accurrere telis
Impune, & media quamvis in cæde furentes
Hos assistere equos, hac ensem avellere dextra.

Stat. Theb. lib. 3.

De quartumviratu monetali Lucii Flaminii adnotamus ex Dione Cæsarem Magistratuum numerum auxisse, ut qui ejus partes fovissent ipsos remuneraret inter hos & Triumviratum Monetalium ad quartumviratum. Clarius elicitur ex alio argenteo cum litteris L. FLAMINI. CHILO. IIII. VIR. PR. F. *Lucius Flaminius Chilo Quartumvir Primus Flavit*, ex Ursini interpretatione. Numerus vero Quartumvirorum Monetalium postea ab Augusto, vel ab ipso Cæsare iterum ad Treviros fuit redactus.

DIVO. JULO. Cæsaris caput laureatum cum astro divinitatis.
16. Cæsaris Simulacrum super ara, Genius Populi Romani Sedens victoriam tenet, quæ Cæsari coronam porrigit. De hoc egregio emblemate nihil proferam, cum recens ac fictitius sit nummus, licet Vicus, Goltzius, Strada, Occo, Tristanus ediderint.

CAESAR. DICT. PERPETUO. Caesaris Caput laureatum.
17. L. BUCA. Dexteræ junctæ concordiam, & fidem, Caduceus pacem, Securis, & Virga ex fascibus justitiam denotant, quibus orbis Imperii sub Julio Cæsare regi, & conservari ostenditur.

18. Apex, sive Albogalerus, Securis, Aspergillum, Simpulum instrumenta Sacerdotalia. Vir tamen doctus Robortellus instrumenta ad Elephantos perimendos affirmavit, quod in averso latere nummi Elephas signatus est, ad Cæsarem Flaminem primo, mox Pontificem pertinent.

Robort. in Tit. Livium.

19. CAESAR. in aliis IMP. Elephas sub cujus pedibus Draco Aphricæ typus, Juba devicto. Similis in Cæcilii Metelli Scipionis nummo expressus est cum titulo IMP. ab ipsomet Cæsare Africo bello Imperator cognominatus. Elephantibus & Serpentibus Africa abundat.

Et vastos Elephantas habet, sævosque Leones,
In pœnas fecunda suas parit horrida tellus.

Manil. lib. 4.

Utriusque pugnam describunt Nicander, & Plinius, qui in India Africis, Æthiopicis, & Trogloditicis majores Elephantos gigni scribit, bellantesque cum iis perpetua discordia Dracones tantæ magnitudinis, ut & ipsos circunflexu

Plin. l. 8. c. 11. Nicander.

flexu facili ambiant, nexuque nodi præstringant. Nec tantum Elephanti, sed & Gryphes a Philostrato memorati cum anguibus pugnantes cernuntur in antiquis monumentis; æneos adservo in mea Cimeliotheca, qui pedibus obvolutos Dracones, erectosque premunt, ita ut eamdem pugnam in nostro nummo appingi dubitandum non sit.

C. JULIUS CAESAR

EX AURO.

PRimus, & secundus nummus, quos aureos nobis proponit Æneas Vicus, Publii Sepulii Macri, & L. Bucæ, aurei profectò antiqui non extant, sed recenter flati, atque ab argenteis desumpti, quos adnotavimus in hisce tabulis. Quamvis ex auro non desint in Musæis indubiæ fidei, uti apud Illustrissimum D. Ab. Seguinum, & Principem Boucompagnum,

3. 4.
C. CAESAR. DICT. PERP. PONT. MAX. Caput Cæsaris laureatum.

C. CAESAR. COS. PONT. AVG. Caput Augusti nudum.

AU-

II.

AUGUSTUS

D·OCT·AVGVST·
S·C
AVGVSTA
AVGVSTVS
TRIBVNIC·
POTEST
IVNON·
C·A·
IMP·T·VESP·
AVGVSTVS
REST·
S·C
S·C
AVGV
STVS
EX
AERE

D·OCT·AVGVST·
S C
PROVIDENT.
S·C
OB
CIVIS
SER·
S·C
S C
S C
S·C
S·C
EX
AERE
B ii·

D·OCT·AVGVST·
S·C
IMP·T·VESPASIANVS RESTITVIT
EX
AERE

D·OCT·AVGVST·
DEO
COL·
IVL·
S·C·
CAES·AVG·REST·
L. B.
V
ANNIVS·LAMIA·SILIVS
COL· NEM·
A·A·A·F·F·GALLIVS·C·F·LVPERCVS·III·VIR
S·C
III·VIR·A·A·A·F·F·
C·CASSIVS·CELER·III·VIR·A·A·A·F·F·
S C
EX
AERE

D·OCT·AVGVST·
DIVOS
IVLIVS
DIVVS
IVLIVS
SVRDINVS·III·VIR·A·A·A·F·F·
S C
EX
AERE
B.V.

D·OCT·AVGVST·
EX ARGENTO

D·OCT·AVGVST·
SIGNIS
S P
CL·V
Q R
RECEPTIS
IMP·CAESAR
L·CAESARES
IMP·X
IMP· CAESAR
CÆSAR
IMP·X
EX
ARGENTO
BB.iii.

D·OCT·AVGVST·

EX ARGENTO

D·OCT·AVGVST·
MAR· VLT·
MAR VLT·
S·P·Q·R·
S·P·Q·R·
CAESAR
AVGVSTVS
AVGVSTVS
CANTISTIVS · REGINVS
·III·VIR·
CAESAR
CAESAR DIVI·F·
S·P·Q·R·
EX ARGENTO

D·OCT·AVGVST·

EX ARGENTO

D·OCT·AVGVST·
ANTONIVS
IMP.
IMP·X·
IMP·
CAES·
AVG·
LVD·
SAEG
AVGVSTVS
CL·CAESARIS
IMP·CAESAR
MAR
VLT·
IMP.
X·
OB
CIVIS
SERVATOS
EX
AVRO
BBB i

D·OCT·AVGVST·
13
SALVS
GENERIS
HVMANI
EX
AVRO
BBB3.

AUGUSTUS
EX AERE.

CESAR. AUGUST. PONT. MAX. TRIB. POTEST. Augusti caput, retro Victoriola.

1. . C. M. MAECILIUS. TULLUS. IIIVIR. A. A. A. F. F. Marcus Mæcilius Tullus Triumvir Auro, Argento, Æri flando, feriundo. Cusus fuit hic nummus post Victoriam Actiacam in honorem Augusti rerum potiti cum epigraphe Tribunitiæ Potestatis, quam ad xxxvij. singulis annis repetitam ob firmandam dominationem continuavit, adscriptis Triumvirorum Monetalium nominibus, ut infra.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti radiatum,

2. DIVA AUGUSTA Simulacrum Liviæ sedentis cum tæda, & spicis, Cereris habitu. Hic a Claudio fuit percussus in venerationem Aviæ, quam Divam dixit, & consecravit, ejusque effigiem dicavit in templo Augusti; ut *Dio*.

3. AUGUSTUS TRIBUNIC. POTEST. Laurea, in aliis quernea corona, prima ejus Tribunicia potestate dicata.
S. C. C. CASSIUS. CELER. IIIVIR. A. A. A. F. F.

AUGUSTUS. DIVI. F.

4. C. I. IL. A. Q. PAPIR. CAR. Q. TER. MON. IIVIR. Q. Colonia Immunis Illice Augusta Quinto Papirio Carbone Quinto Terentio Montano Duumviris Quinquennalibus. Colonia immunis Urbs Hispaniæ Tarraconensis. Templum cum titulo JUNON referri potest ad Liviam. Consule Jo. Foy Vaillant in suo egregio opere de Coloniis, Municipiis, & Urbibus. TR. VIR. restitue IIVIR.

AUGUSTUS.

5. C. A. Cæsar Augusta. Clypeus cum rostrata corona, & lauri ramis simul intextis in memoriam Victoriæ Actiacæ. Erizus interpretatur Cæsar Agrippa. Cusus fuit nummus in Colonia Hispaniæ Cæsar Augusta, nunc Saragoza.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.

6. IMP. T. VESP. AUGUST. REST. Victoria cum Clypeo Votivo, in quo S. P. Q. R. Hunc nummum sub Tiberio percussum Vespasianus, Titus, Domitianus, & Nerva restituerunt in memoriam Augusti.

CAESAR. AUGUST. PONT. MAX. TRIB. POTEST. Caput Augusti, retro Victoriola.

7. S. C. M. SALVIUS. OTHO. IIIVIR. A. A. A. F. F.

DIVUS AUGUSTUS.

8. Divo Augusto. IMP. NERVA CAES. AUG. REST. Ara Providentiæ; de hoc infra.

AUGUSTUS. TRIB. POTEST. in aliis AUGUSTUS. DIVI F.
9. Clypeus in laurea corona cum S. C.

10. AUGUST. in clypeo & laurea.

DIVUS. AUGUSTUS.
11. Aquila globo insistens Augusti consecrationis typus IMP. T. CAES. AUG. RESTITUIT.

AUGUSTUS TRIBUN. POTEST.
12. Corona quernea cum clypeo, in quo C. S. lege C. A. Cæsar Augusta sive S. C.

DIVUS AUGUSTUS. PATER.
13. S. C. PROVIDENT. Providentiæ Ara Augusto dicata, ejusque Consecrationis typus.

DIVUS. AUGUSTUS.
14. CONSENSU. SENAT. ET. EQ. ORDIN. S. P. Q. R. Consensu Senatus, Equestris Ordinis, Populique Romani. Statua sedens cum lauri ramo Divo Augusto dicata a Senatu, Equestri Ordine, Populoque Romano.

DIVUS AUGUSTUS.
15. PROVIDENT. S. C. Ara Providentiæ IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C.

16. DIVUS AUGUSTUS. PATER. Quernea Corona, in qua S. C.

C. CASSIUS CELER. IIIVIR. A. A. A. F. F.
17. OB. CIVES. SERVATOS. Civica inter duos lauri ramos post Victoriam Actiacam Augusto dicata: Cæsari, cum orationem de ejurando regna, ac dividendis provinciis habuisset, multi erant delati honores, nempe ut ante ejus domum in palatio lauri ponerentur, & super eas coronæ querneæ suspenderentur, nimirum quod perpetuus hostium victor, & Civium esset servator. *Dio*.

DIVUS AUGUSTUS. PATER. Caput Augusti.
18. S. C. in laurea Corona. Nummus primæ magnitudinis pulcherrimus apud Cardinalem Camillum Maximum.

DIVUS AUGUSTUS. PATER.
19. S. C. Aquila globo insistens in aliis consecratio.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
20. S. C. Fulmen Consecrationis typus.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
21. S. C. Juliæ Augustæ sedens Simulacrum cum Sceptro & Patera.

22. S. C. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POT. XXXIIII. Pertinet ad Tiberium.

23. DIVO. AUGUSTO. S. P. Q. R. OB. CIVES. SER. Civica cum duobus Capricornis ejus genituram indicantibus.

24. S. C. IMP. NERVA. CAESAR. AUGUSTUS. REST.

25. S. C. PONTIF. MAXIM. TRIBUNIC. P. XXXIIII.

26. Jovis sive Herculis caput laureatum cum litteris Punicis evocato fortè ex Africa Lepido, legionibus exuto, ut ex Svetonio.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
27. IMP. T. VESP. AUG. REST. Aquila cum fulmine.

DI-

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
28. PROVIDENT. Ara Providentiæ. IMP. T. VESP. AUG. REST.

DIVUS. AUGUSTUS.
29. Aquila cum Globo IMP. NERVA. CAESAR. AUG. REST. S. C.

DIVUS. AUGUSTUS. Caput Augufti.
30. Figura armata ftans manum extendens; hinc Fælicitas fedens cum Cornucopiæ, inde Heros cum Globo & hafta, infra Tellus ac Neptunus. Hoc magnificum emblema pertinere videtur ad Auguftum, fed divinent peritiores; nummus eft contornatus.

DIVUS. AUGUSTUS.
31. Fulmen. IMP. NERVA. CAES. AUG. REST. S. C.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
32. COL. A. A. PATRENS. Colonia Augufta Aroe Patrenfis Urbs Achajæ illuftris, quam Auguftus libertate, ac beneficentia profecutus eft. De ipfa confule U. U. C. C. Petrum Seguinum in fuis felectis, & Joannem Vaillant de Coloniis.

33. AUGUSTUS laurea.

CAESAR. AUGUSTUS.
34. Laurea, in cujus medio Delphinus gubernaculo infiftens in aliis anchoræ obvolutus regium adagium appingens FESTINA LENTE, de quo Svetonius in Augufto.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
35. IMP. T. VESPASIANUS. RESTITUIT. S. C. Aquila cum globo.

36. AETERNITATIS AUGUSTAE. Templum. Vicus Liviæ Auguftæ adfcribit Primus & Nonius addunt. *Cuftodes Æternitatis Auguftæ*. Antonius Auguftinus reftituit C. V. T. T. *Colonia Victrix Tarraco Togata* Confecrationem Augufti indicans in ejus venerationem Templo dicato, ut in fequenti.

37. AUGUSTO. DEO Simulacrum Augufti Jovis habitu pofitum in Tarraconenfi Templo. In aliis caput Augufti cum titulo DIVUS. AUGUSTUS.

DIVUS. AUGUSTUS.
38. COL. JUL. BER. S. C. corrige COL. JUL. AUG. FEL. BER. Colonia Julia Augufta Felix Berytus. Paleftinæ, de qua Plinius a Julio Cefare, vel ab Augufto in avi, patrifque honorem, Julia & Augufta cognominata.

DIVUS. AUGUSTUS.
39. IMP. NERVA. CAES. AUG. REST. Orbis cum Gubernaculo.

40. AYTOKP. L. B. Imperator anno fecundo. Manipulus Ariftarum. Nummus cufus in Ægypto, Svetonius: *Ægyptum in Provinciæ formam redactam, ut feraciorem, habilioremque Annonæ Urbis redderet, foffas omnes, in quas Nilus exæftuat; oblimatas longa vetuftate militari opere deterfit.*

Caput Augufti laureatum fine litteris.
41. Laurea in qua numerica littera v. Hujufmodi alii nummi apud Goltzium ad numerum xxxx. His Tribuniciam Poteftatem Augufti defignari fingulis annis repetitam alii arbitrantur, alii vero Miffilia, quæ Circenfibus ac teatralibus ludis fpargebantur populo cum numeris pecuniæ, frumenti, five alterius rei, de quibus in fuo difertiffimo opere Spanphemius & Nonius apud Goltzium in Augufto. Nec diverfi argumenti funt alii nummi ejufdem molis, & formæ, obfcæni tamen Tiberio adfcripti cum impuris fpintriis ex epigrammate Martialis in ludis Stellæ,

CAESAR. AUG. PONT. MAX. TRIB. POT.
42. ANNIUS SILIUS . LAMIA IIIVIR. A. A. A. F. F. S. C. dexteræ junctæ cum caduceo.

IMP. DIVI. F. P. P. Imperator Divi filius Pater Patriæ duo Capita Augusti laureatum M. Agrippæ rostratum.
43. COL. NEM. Colonia Nemausum, sive Nemausiensium. Crocodillus palmæ adligatus, in aliis laurea addita est post Victoriam Actiacam, Alexandria capta. Hæc illustris Colonia in Gallia Narbonensi, hodie Nimes.

44. S. C. GALLIUS. C. F. LUPERCUS IIIVIR. A. A. A. F. F.

45. S. C. IIIVIR. A. A. A. F. F.

OB. CIVES. SERVATOS. Civica inter duos lauri ramos.
46. S. C. C. CASSIUS. CELER. IIIVIR. A. A. A. F. F.

Tiberii caput cum inscriptione corruptissima, quæ sic videtur corrigenda.
47. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Tiberius *Cæsar* AUGUSTUS Divi TIB *Augusti Filius*. Continet ex adverso caput Augusti.
ΘΕΙΟC. CΕΒΑCΤΟC Divus Augustus caput Augusti.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
48. S. C. Victoria palmæ arbori clypeum imponens in quo S. P. Q. R. de quo supra.

DIVI. F. Caput Augusti.
49. DIVOS. JULIUS in corona Laurea.

CAESAR DIVI. F. Caput Augusti.
50. DIVUS. JULIUS. Caput Julii Cæsaris.
Videndum in Cæsare N. 2.

CAES. AUGUST. TRIBUN. POTEST. Caput Augusti.
51. SURDINUS. III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. Surdinus Triumvir Auro, Argento, Ære flando feriundo Senatus Consulto.

A U G U S T U S
EX ARGENTO.

CAESAR. IMP. VII.
1. ASIA. RECEPTA. Angues in spiras erecti, Victoria in medio. Qui hunc nummum interpretati sunt, angues Asiæ typum esse affirmant; Huic opinioni assentiri non possum, cum angues ipsi ad Dionysiaca pertineant. Extat enim in ipsorum medio non ara, sed mystica Bacchi cista, super qua Victoria. Confirmant duo M. Antonii Triumviri nummi cum hederaceâ coronâ, & Antonii capite eosdem angues in posticâ, & cistam referentes, quos videas apud Ursinum in Antonia. Duo insuper alii a Laodicensibus in honorem Proconsulum Appii Pulchri, & M. Tullii Ciceronis cusi cum eodem typo, quos summa eruditione Seguinus in selectis suis largitus est, græcis, ac latinis litteris insignes, ut de ambobus, ac præcipue de Tulliano, tanquam de illustri monumento Proconsulatus Ciliciæ, quo Cicero ipse Imperator fuit appellatus: nummos ipsos hic transcribimus, quod Græcis, & Latinis litteris inscripti sunt
AP. AP. F. PULCHER. PRO. COS. ΛΑΟ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ. ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥ. ΖΩΣΙΜΟΣ. Appius Appii filius Pulcher Proconsul. Apollonius Democriti Zosimus Laodicensium Prætor.
M. TULL. IMP. ΛΑΟ. ΛΑΒΑΣ. ΠΥΡΡΟΥ. Marcus Tullius Imperator Labas Pyrri Laodicensium. Sic interpretatur Seguinus litteras tres ΛΑΟ. Laodicensium in ambobus signatas. Uterque ab hoc latere eosdem angues refert spiris erectos, qui-

quibus addita est Pharetra , Arcus , & Caduceum ; ab alio latere coronam ex foliis, & baccis hederæ, in cujus medio cista, ex qua prosilit anguis. In M. Antonii nummis.

M. ANTONIUS. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TER. Eadem Corona , & hederæ foliis , & baccis, in medio Antonii caput ; in postica iidem angues spiris erecti cistam amplectentes, super qua Mulieris caput fortè Cleopatræ, cum epigraphe IIIVIR. R. P. C. in alio nummo M. ANTONIUS. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TER. M. Antonii, & Cleopatræ capita superimposita. In postica Angues , & cista, super qua figura stolata cum hasta, & eadem epigraphe . Hæc sanè Antonio conveniunt, qui Liberi Patris cultu, Dionysius, & Osiris haberi, & dici voluit. Nummi ipsi non solum meæ sententiæ favent, sed clarè indicant omnes Laodiceæ fuisse cusos , cum præferant eadem Bacchi mystica , hederam , cistam, & anguium Salutares Genios . Præferunt etiam Romana nomina latinis litteris inscripta absque ullo Asiæ titulo adjecto, & Seguinus evidenter probat, fuisse Laodiceæ cudendæ monete officinam, quæ Urbi Phrygiarum maxima, Asiaticarum Provinciarum seu Diocefeon Proconsuli Roma advenienti prima occurrebat Appius, & Cicero Proconsules Ciliciæ: Antonio Asia universa obtigerat in divisione Triumviratus , quo devicto cusus fuit hic noster nummus, Laodiceæ in honorem Augusti, cum ipse potitus sit Asia. Hinc Victoriæ simulacrum super cistâ ac titulus. ASIA. RECEPTA. Nec ambigi potest de Laodicea, cum in aliis , ac præcipue Juliæ Domnæ nummis in eadem urbe percussis Panthera, & canis appicti sint Bacchi, & Dianæ tutelarium, qui, & iidem in superius descriptis Laodicensium nummis expressi sunt. Erizzus, Pierius, aliique plurimas impenderunt paginas ad probandum ex titulo ASIAE, Serpentes Asiæ typum esse ASIA. DEVICTA . Qui titulus legitur tantummodo in nummo Augusti, minimè verò in aliis, quos descripsimus, sed illi deteriora opinati duobus anguibus tertium addidere ad designandas tres orbis regiones Africam, Asiam , Europam, sibi ipsis, & inscriptioni, in quà Asia tantum legitur, contradicentes. Orus Apollo, quem auctorem promunt, per Angues Reges, non regna significari docet.

IMP. CAESAR. AUGUSTUS.

2. P. CARISIUS LEG. PRO PR. Publius Carisius Legatus Proprætore. Ædificium ad formam Castri, in cujus fronte EMERITA. AUGUSTA. nunc Merida . Nomen sumpsit ab emeritis militibus , & ab Augusto Conditore. Dio-*Titus deinde Carisius Lanciam, quæ est maritima Asturiæ Vrbs deserta, occupavit , multaque alia in suam potestatem redegit : finitoque bello Augustus emeritos milites exauctoravit , urbemque eos in Lusitania Augustam Emeritam condere jussit.* Quoad titulum Legatus Pro-Prætore ; erant legati Proprætore non Prætorum in provinciis adsessores, aut qui iisdem succedebant ex Antonii Augustini sententia, sed supremi Rectores missi ad administrandas provincias Cæsaris, sicut Proconsules, qui populi provinciæ præficiebantur, & ipsi Prætores, sed Magistratu functi , nondum aliis suffectis , ut Spanhemius animadvertit ex Dione.

IIIVIR. R. P. C. caput Augusti in aliis Victoriæ.

3. ANTONI. IMP. A. XLI. in aliis A. XL. LUGDUNI. Leo Coloniæ Lugdunensis insigne, à quo ipsam cognomen traxisse apparet. Nota numerica A. XL. annos Coloniæ deductæ significari Ursinus autumat, sed temporum rationi adversatur à Conditore Planco. Lipsius numerum populorum Galliæ Narbonensis ex Tacito, & Strabone, qui tamen non XL. at IX. & XLIV. numerant Galliæ gentes, & Civitates . Verior Tristani sententia, & interpretatio A. XL. Argentum Quadragesimæ, aut Quadragesimale Lugduni signatum . Strabo . *Post Narbonem hæc urbs Lugdunum maximè omnium Galliarum, hominum frequentia pollet . Præfecti Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream , quam argenteam tradunt* . Quadragesimale aurum , & argentum id erat , quod ex portorio publicanis pendebatur . Hoc vectigal Galba remisit , ut infra in ejus æneo nummo num. 14. cum nota R. XL. Remissa Quadragesima. Erizus prò XL. notat XII. Anno Duodecimo, nullaque Coloniæ Lugdunensis facta mentione leones primo Romæ Antonium triumphali currui junxisse ex Plinio interpretatur.

Au-

Augufti caput fine litteris.

4. Corona quernea, in qua IOM. S. P. Q. R. V. S. PR. S. IMP. CAE. QUOD. PER. EV. R. P. IN. AMP. ATQ. TRAN. S. E. Jovi Optimo Maximo, Senatus, Populufque Romanus Voto Soluto, five *votis fufceptis pro falute Imperatoris Cæfaris, quod per eum Refpublica in ampliore, atque tranquilliore ftatu eft*. Ludovico Nonio huc refpicere videntur illa Svetonii de clade Variana: *Vovit & magnos ludos Jovi opt. max. fi Rempublicam in meliorem ftatum vertiffet*. Infcriptio tamen pertinere videtur ad tranquillum, amplioremque Reipublicæ ftatum Antonio devicto, Ægyptoque in provinciam redacta, cum Octavius non dum Augufti cognomen recepiffet, ut ex titulo IMP. CAE. Huic fententiæ favet Propertius, qui tamen elegiam fcripfit, poftquam Cæfar Romam rediit, & Augufti cognomen a Senatu ipfi delatum fuit:

. . . . eaque Roma triumphum
Et longam Augufto falvo precare diem:
Fugifti tamen in timidi vaga flumina Nili;
Accepere tuæ Romula vincla manus.

Significat triumphum Alexandrinum, folutaque vota in Capitolio. Jupiter optimus Maximus idem, & Capitolinus, in cujus templo vota fufcipiebantur, ac folvebantur, idemque Confervator, & Cuftos. In Tudertano marmore JUPPITER OPT. MAX. CONSERVATOR. a Græcis ΣΩΤΗΡ in infcriptione . . . JOVI CAPITOL. MARTI. ET. FORTUNAE. ALIISQ. DIS. CONSERVAT. DOMUS. AUG. Hinc Horatius;

Tibi cura magni
Cæfaris fatis data.

DIVUS AUGUSTUS.

5. C. CAESAR AUG. GERM. P. M. TR. POT. COS. Cajus Cæfar Auguftus Germanicus Pontifex Maximus Tribunicia Poteftate Conful. caput Caji Caligulæ. Ab Augufto genus ducere Cajus gloriabatur, ut in ejus æneis.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΤΟΥ. Metropolis Cæfaris Augufti. Caput Augufti.

6. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΝΕΩΚ. Antiochenfium Neocororum. Genius five Urbs Antiochiæ muliebri cultu turrita faxo incidet Montanæ regionis Cafio nobilis, fub cujus pede Orontes fluvius infurgit. Spicas manu tenet, non palmæ furculum, ut interpretatur Ludovicus Nonius, cum Antiochiam Colonos traduxerit Nicator de genere Triptolemi, qui urbis ejufdem Heros colebatur. Extat in Farnefiana gaza percelebris Pefcennii nummus mole, & raritate maximus, qui ab uno latere Imperatoris laureati vultum præfert, cum epigraphe ΑΥΤΟ. ΚΑΙC. ΠΕCΚΕΝΝΙΟC. ΝΙΓΕΡΟC. CΕΒ. ab alio Cererem cum face, fpicis, & ferpente ΑΝΤΙΟΚΕΩΝ. ΝΕΩ. Metropolis Augufti fcribitur, quod ab Augufto primatum accepit, ipfam Strabo Syriæ caput, regiamque laudat, nunc folo æquatur, ejus tantum muri integri remanent ex folido lapide. Extant plurimi Imperatorum nummi cum titulo ΑΝΤΙΟΚΕΩΝ. Μ. ΚΟΛ. five ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ Antiochenfium Metropolis Coloniæ Δ. Ε. S. C. ΔΗΜΑΡΧΗC ΕΞΟΥCΙΑC. *tribunitiæ poteftatis*. S. C. Senatus Confulto: in aliis. S. R. Senatus Romanus. Senatus Confultum latinis litteris in nullis, præter quam Antiochiæ nummis adnotatum reperitur: unde Græcos Imperatorum, in quorum adverfis, fine alio titulo. S. C. notatum eft Antiochiæ cuftos exiftimandum extant, & alii Gordiani Junioris, in quibus lupa Romulo, ac Remo lactentibus. Sive colonus cum bobus, & duobus fignis legionum COL. CAES. ANTIOCH. infra pro S. C. nota S. R.

Augufti caput abfque litteris.

7. IMP. CAES. AUG. COMM. CONS. Ara Augufto pofita communi confenfu Senatus, Equeftris Ordinis, Populique Romani L. MESCINIUS. IIIVIR.

CAESAR. IMP. PONT. IIIVIR. P. P. C. caput Augufti.

8. M. LEPIDUS PONT. MAX. caput Lepidi.

AUGUSTUS. TR. POT. caput Augufti, in aliis Equeftris ftatua AUGUSTUS. DIVI. F.

9. P. STOLO. IIIVIR. Ancilia, & Saliorum Apex in medio. De P. Licinio Stolone inter Salios adfcripto confule Fulvium Urfinum.

C. CAE-

C. CAESAR. IIIVIR. R. P. C.

10. Q. SALVIUS. IMP. COS. DESIG. Fulmem. Triſtanus in hujus Commentario, non unum, ſed duo fulmina ſimul juncta arbitratur, alterum Julii Cæſaris, alterum Auguſti, quibus Auguſtum Diis æqualem dicit. Nos unum tantum fulmen aſſerimus medio manubrio utrinque turbinatum, ut paſſim in aliis nummis, & lapidibus. Fulmen verò nihil ad Auguſtum, cum is, adhuc triumvir, Deus minimè habitus. Fulminum inſpectio, & procuratio ad Pontifices, Augures, Aruſpices, & Decemviros librorum Sibill. pertinebat; unde fulmen in nummis Antonii etiam, ac Lepidi ex eorum, vel Monetalium Sacerdotiis. Monetales non ſemel titulos dignitateſque ſuas expreſſere more veteri, non dum Reipublicæ facie immutata; nec omnia, in Cæſaris, & Auguſti nummis appicta ad ipſos referenda ſunt.

CAESAR caput Auguſti.

11. ANTONIUS. IMP. ad concordiam cum Antonio, caduceum pertinere videtur

AUGUSTUS.

12. Ex lauro, atque ex roſtris, corona ob victoriam Actiacam Philippus Paruta Siculam opinatus eſt, ac Siciliæ intexuit, & alios etiam minimè Siculos nummos.

Caput Auguſti ſine litteris.

13. IMP. CAESAR. DIVI. F. Clypeus votivus. Erizus pateram autumat Auguſto dicatam tempore, quo ipſe Pontificatum Maximum aſſumpſit; ſed Pontificatus obtigit mortuo Lepido, cum ipſe Auguſtus, non Cæſar tantum cognominaretur.

AUGUSTUS. DIVI. F. LUDOS. SAEC. figura ſtolam cum galea, & clypeo caduceum tenens.

14. M. SANQUINIUS. IIIVIR. Quamvis Goltzius, & Nonius caput cum aſtro Divo Julio adſcripſerint, Caji tamen Cæſaris Auguſti nepotis, Triſtanus monuit, cum puerilis vultus admodum ſit. Stella Cæſaris avi ſuper occipitio refulgente, & nos infra num. 67.

CAESAR. IMP. PONT. IIIVIR. R. P. C. in aliis CAESAR. AUGUSTUS. caput Auguſti cum lituo.

15. DIVUS JULIUS Julii Cæſaris ſtella crinita, de qua Plinius, Svetonius, & alii, creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti.

IMPERATOR CAESAR.

16. AUGUSTUS. Manipulus. Ægypto in provinciam redacta, quo tempore cuſus eſt nummus, cum Auguſtus annonæ urbicæ providit, foſſaſque Nili deterſit, ut ex Svetonio ſupra in æneis num. 40. Extant alii cum eadem notâ ΚΑΙΣΑΡΟΣ, ex adverſo Palma arbor ΑΛΕΧ ΑΙΓ. Alexandria Ægypti. Virgilius.

Te maximus orbis
Auctorem frugum, tempeſtatumque potentem
Accipiat.

Doctiſſimus Torrentius Auguſti Annonam à Plinio vindicat hymno in Dianam, & Apollinem, ab Horatio ſub initium Imperii Auguſti ſcripto ad illa

Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtemque à populo, & Principe Cæſare in
Perſas, atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Plinius lib. VIII. cap. XLV. inter res adverſas Auguſti, Urbis peſtilentiam, & Italiæ famem commemorat bello nempe Siculo. Teſtis Appianus, & Svetonius. Aut ſi quis eo tempore Auguſtum, cum non dum ſolus præeſſet recte principem dici negaverit, is ex Dione diſcat initio lib. LIIII. unde alibi idem Poeta

Tua Cæſar ætas
Fruges, & agris retulit uberes.

Zonaras, & alii produnt, offerente Senatu Dictaturam, & Annonæ curationem, Dictaturam reſpuit Auguſtus, Annonæ curationem ſuſcepit.

CAE-

CAESAR. AUGUSTUS.
17. TURPILIANUS. IIIVIR Mulier ſparſis crinibus ad preces manus expandens Hanc Urſinus Tarpejam ſcutis obrutam, Erizus Armeniam, quam Auguſtus Rege dato a Parthis vindicavit, cujus opinionem ſequor.

Caput Auguſti ſine inſcriptione laureatum.
18. IMP. CAESAR. Columna roſtrata Auguſto erecta cum ipſius ſimulacro in honorem Victoriæ Actiacæ. Roſtratas in foribus Auguſtæi templi Princeps Poeta deſcribit:

In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto
Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini;
Atque hic undantem bello, magnumque fluentem
Nilum, & navali ſurgentes ære columnæ.

Servius-Auguſtus, inquit, *victor totius Ægypti multa de navali certamine ſuſtulit roſtra, quibus conflatis, IV. effecit columnas, quæ poſtea a Domitiano in Capitolio locatæ ſunt.* Fallitur Phylargirius alter Virgilii Scoliaſtes, qui hunc honorem ab Auguſto M. Agrippæ collatum fuiſſe ſcribit, cum memoret Dio, Agrippam præter alios honores vexillo cæruleo, quod navalis victoriæ teſtimonium eſſet, a Socero donatum; fallitur Vellejus Paterculus aſſerens *Inſigne coronæ claſſicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit.* Duplex conſtat Velleii error, alter quod Agrippa primus Romanorum donatus fuerit roſtrata corona, cum, teſte Plinio, M. Varro hanc obtinuerit a Pompejo, piratis devictis; alter quod bello Actiaco Auguſtus ipſum claſſica corona donaverit, quam victoria Siculâ, re bene geſta contra Sextum ipſe Agrippa a Cæſare receperit. Plinius: *Cedunt & roſtratæ quamvis in duobus maximè ad hoc ævi celebres M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompejo, itemque M. Agrippa tribuente Cæſare è Siculis, quæ & ipſa piratica fuere.* Unde Virgilius Agrippam pugnantem apud Actium, roſtrata redimitum deſcribit:

Parte alia ventis, & Diis Agrippa ſecundis,
Arduus agmen agens, cui belli inſigne ſuperbum
Tempora navali fulgent roſtrata corona.

Caput Auguſti ſine litteris.
19. FORT. RED. CAES. AUG. S. P. Q. R. Fortunæ Reduci Cæſaris Auguſti Senatus Populuſque Romanus. De hac Dio cum Auguſtus in Syriam reverſus, Romam contendiſſet: *Ob reditum ejus, ac propter ea, quæ abſens egiſſet, multa, ac varia in honorem ejus decreta ſunt, quorum ille nihil accepit, niſi quod* FORTUNAE. REDUCI. ARAM *conſecrari ſui reditus inter ferias, & Auguſtalia dici paſſus eſt.* Delphines aræ impoſiti imperium maris a fortuna pendere indicant Horatius.

Te dominam æquoris
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina

Eandemque precatur, ut Auguſtum adverſus Britannos proficiſcentem ſervet.

Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos.

At quamvis hæc de fortunæ ara; Delphines tamen ad Apollinis Delphinii cultum pertinere videntur. Fama eſt, navigantes ipſorum beneficio ſervatos; quinimo perhibent, Deum ſub Delphini ſpecie actos tempeſtate ad littus deduxiſſe incolumes, Theſeumque ad Minotaurum proficiſcentem Apollini Delphinio pro ſua ſuorumque ſalute, & reditu vota ſuſcepiſſe, ſuſceptaque ſolviſſe victorem. Nec Delphi tantum, at in univerſa Græcia plurimas Delphinii aras poſitas, omniumque Jonum commune fanum memorant Strabo, & Plutarcus, unde Horatius ad Apollinem converſus

. . . . . . & o Sol
Pulcer, o laudande canam recepto
Cæſare felix

AUGUR. PONT. IMP. Jovis Ammonis caput.
20. CAESAR. DIVI F. Victoria orbi inſiſtens dextera lauream, ſiniſtra palmam Cuſus fuit in Africa; ſimiles in Antonii, ac Lepidi argenteis.

IMP.

IMP. CAESAR. PONT. IMP. ITER. IIIVIR. ITER. R. P. C. Imperator Cæſar Pontifex. Imperator Iterum Triumvir Iterum Reipublicæ Conſtituendæ.
21. COS. ITER. ET. TER. DESIG. Conſul Iterum, ET Tertio Deſignatus. Templum Divo Julo poſitum, in medio ſimulacrum ipſius lituum tenentis. In templi fronte ſidus Julium, atque in peryſtilio. DIVO. JUL. Divo Julo a Triumviris dicatum, de quo Dio. Et ulterius in honorem Cæſaris templum heroicum in foro ſtruxerunt, & in loco ubi ipſe combuſtus fuit: ſimile quid deſcribit Virgilius. Dio l. 47. Georg. 3.

Et viridi in campo templum de marmore ponam
In medio mihi Cæſar erit

Adnotat Servius, Pontifices in ſacris ędibus dicandis, poſtes tenentes numini dediſſe atque in eodem ſacro loco ſimulacra dedicaſſe. Alterius templi Divo Julo poſiti ab Auguſto memoria extat in Ancyrano lapide CURIAM ET CONTINENS. ET CALCHIDICUM. TEMPLUMQUE APOLLINIS. IN PALATIO. CUM. PORTICIBUS. AEDEM. DIVI. JULI. Vitruvius pycnoſtylos in foro prope templum Caſtoris.

CAESARI. AUGUSTO.
22. SIGNIS. RECEPT. Mars ultor cum ſignis. Peractis civilibus bellis cum Auguſtus in Syriam ſe contuliſſet ad componendas res Orientis metum injecit Phraati Partorum Regi ne ſibi bellum inferret. Is dempta Craſſo, & Antonio ſigna, captivoſque Auguſto remiſit, regiamque prolem obſidem dedit. Jure optimo magnæ ſibi laudi duxit Imperator ab aliis res bello amiſſas ſine certamine recepiſſe, rege ad obſequium adacto. Sed Parthi ſæpe rebelles ſemper metu perculſi Auguſto paruerunt. Mars ultor in nummo ſignatus eſt cum ſignis, quia Auguſtus ſigna recepta in ejus templo poſuit ſacravitque ut carminibus Virgilius, & Ovidius complexi ſunt.

IMP. CAESAR PONT. IMP. ITER IIIVIR. ITER. R. P. C.
23. COS. ITER. ET TER. DESIG. Simpulus, Aſpergillus, Urceolus, Lituus, Sacerdotalia, atque auguralia.

CAESARI AUGUSTO.
24. SIGNIS. RECEPT. Mars ultor cum ſignis, ut ſupra num. 22.

AUGUSTO.
25. JOV. TON. Jovi Tonanti. Templum Jovis Tonantis cum ſimulacro. Svetonius Tonanti ædem conſtruxit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perſtrinxiſſet, ſervumque prælucentem exanimaſſet. Hujus templi reliquiæ in clivo Capitolino extare dicuntur tres marmoreæ columnæ ſtriatæ capitulo tenus defoſſæ cum epiſtylio, in quo RESTITUER. Signum Jovis tonantis fulmen, & ſceptrum tenentis, quod in hoc templo cernimus. Opus Leocræ ex ære deliaco agnoſcit Plinius.

CAESAR. AUGUSTUS.
26. SIGNIS. RECEPTIS. SP. Q. R. CL. V. Signis Receptis Senatus Populuſque Romanus Clypeum Vovit. Moris erat rebus feliciter geſtis a Ducibus, atque Imperatoribus ſummis, nomini, & honori ipſorum clypeos in templis dicare: hunc vovit Senatus Populuſque Romanus in gratiam Auguſti ſignis a Parthis recuperatis.

Caput Auguſti ſine litteris.
27. IMP. CAESAR Arcus cum quadriga.

CAESAR AUGUSTUS. DIVI. F. PATER. PATRIAE.
28. C. L. CAESARES. AUGUSTI. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Cajus, & Lucius Cæſares Auguſti Filii Conſules Deſignati. Principes juventutis ex Agrippa, & Julia progeniti ab Auguſto adoptati. Ovidius de Cajo Principe juventutis.

Auſpiciis anniſque patris puer arma tenebis,
Et vinces annis auſpiciiſque patris.
Tale rudimentum tanto ſub nomine debes
Nunc juvenum princeps inde future ſenum.

 Eriz-

Erizzus, & Hemelarius demortuorum Caji, & Lucii in nummo expressas imagines autumant. Cusum vero opinor tempore quo Principes Juventutis hastis, & clypeis ab ordine equestri de more fuerunt donati, Dio, *Corpora Caji, & Lucii Cæsarum a Tribunis militum Romam asportata sunt, parmaque, & hastæ, quas aureas ab Equitibus acceperant in curia suspensæ sunt.* Interiit Cajus anno quarto, postquam fuerat Consul designatus, & Princeps Juventutis ætatis decimo octavo; Lucius junior ætatis decimo sexto interiit, & sic anno secundo Consul designatus, & Princeps juventutis. Extat alius nummus ab uno, Augusti caput CAESAR. AUGUSTUS, DIVI. F. PATER PATRIAE, ab alio latere capita juvenilia Caji & Lucii invicem conversa cum eadem epigraphe C. ET. L. CAESARES. AUGUSTI. F. COS. DES. PRINC. JUVENT. utrumque vivis adhuc Cajo & Lucio signatum certum est. Ad indicandum Pontificatum Caji, & Auguratum Lucii, lituus, & simpulus in hoc appicti sunt juxta inscriptiones in basibus Capitolinis.

1.

CAESARI AUGUSTI. F.
PONTIFICI. COS.
DESIGNATO
PRINCIPI. JUVENTUTIS.

2.

L. CAESARI. AUGUSTI. F.
AUGURI. COS. DESIGNATO
PRINCIPI. JUVENTUTIS

Observandum hastas aureas Cajo, & Lucio equites dedisse, quas argenteas Augusto antea datas testatur lapis Ancyranus.

AUG. DIVI. F.

29. IMP. X. Taurus capite averso, flexoque poplite, Hujus enigmatis interpretatio Ædipum adhuc desiderat. Animadvertendum in Syracusiis, Mamertinis, Tauromeniisque nummis taurum ejusdem notæ signatum esse, unde hunc in Sicilia percussum non est dubitandum, cum Augustus Syracusas præcipuè colonos duxerit, ac instauraverit, Ad investigandum verò cur Siculæ Urbes hoc insigne vulgaverint, præmittamus Taurum ita effictum Zodiaci signum, Taurumque cælestem repræsentare; talem appinxere Astronomi, & poetæ, fictoresque excupsere in antiquis monumentis ac præcipue in Atlantico globo Farnesiano ex marmore; unde Manilius;

. . . . . . Taurus
Succidit incurvo, claudus pede

Et Lucanus . . . . *nisi poplite lasso*
Ultima curvati succederet ungula tauri.

Rationem reddit Manilius, qui Taurum surgere ingeniculatum docet, aversum, ac fronte geminos vocantem,

Aurato princeps aries in vellere fulgens
Respicit admirans aversum surgere Taurum
Summisso vultu, geminos, ac fronte vocantem

Scaliger in notis summisso vultu ἐκ τῆς ἀστροθεσίας desumptum, & est enim ingeniculatus; & tanquam bos humi procumbens. Vide, & interpres Ptolæmei χόρτον vocat, Lucanus curvatum, Quare ideo πεπτηὼς Arato dicitur, & alibi a Manilio flexus, item nixus. Virgilius cornibus annum aperiri a Tauro verno tempore describit:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus.

Sed præter Siculos, quos indicavimus, ac præter Magnetum Regisque Pyrri nummos cum cælestis hujus Tauri signo alius extat Cretensium Gortyneorum cum eodem tauro ab uno, ab alio Europa platano arbore insidente sub qua Juppiter cum ipsa concubuit, ut Plinius tradit. Fuit Europa Agenoris Phoenicum Regis filia, quam Juppiter in Taurum transformatus raptam abduxit in Cretam. Taurus inde fulget secundum Zodiaci signum, ob tale meritum, ac memoriam in Cælum translatus, Causam qua Europæ cultus sub Tauri signo in Siciliam migraverit indicat Tucidides, qui Phœnices antiquitus eandem Provinciam incoluisse memorat, Phœnices per eandem passim habitaverunt, occupatis ad mare promontoriis, & parvis circa insulis negotiandi cum Siculis gratia. Mynoem præterea Cretensem cum classe in Siciliam migrasse adversus Dædalum commemorant, Cælestis autem Tauri signum boni ominis auspicatumque fuit novis colonis

nis in Urbibus condendis ad memoriam Cadmi, qui ipſam Europam ſororem quærens oraculum adiit de tellure ſibi habitanda, tulitque reſponſum, Ovidius.

Bos tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in arvis
Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri:
Hac duce carpe vias, & qua requieverit herba
Mœnia fac condes.

Et paulo poſt ad ſimilitudinem cœleſtis Tauri,

Bos ſtetit, & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad Cœlum frontem mugitibus impulit auras,
Atque ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes.
Procubuit.

Ideo in nummo procumbit, atque in terga Bos ſive Taurus reſpicit. Eundem ritum innuit Nonnius, qui Bovis flexam, incurvamque ungulam auſpicem aſſerit futuræ civitatis.

Et bovis vocalis in terram recumbentis
Plectitur ungula civitatis futuræ prænuncia

Quo loco non eſt omittendus Euripides,

Cadmus venit in hanc terram
Ex Tyro, cui quadrupes
Vitula ſponte corpus proſtravit
Completum reddens
Oraculum ubi habitaret.

Extat Gorlæi Sarda gemma, in qua caput Auguſti cum lituo, infra cœleſtis taurus averſus, ingeniculatus cum Ariſta Siciliæ typus, ubi etiam hic nummus fuit cuſus. Non ergo Taurus ad Statilii Tauri cognomen, ut Erizzus, aliique opinantur, ſpectat quod neque in nummo legitur.

Auguſti caput ſine corona, & ſine litteris.
30. IMP. CAESAR. In aliis CAESAR. DIVI F. Trophæum victoriæ Siculæ ex titulo, ſi Actiacæ AUGUSTUS. Teſtis eſt aureus nummus, qui ab uno latere Dianæ caput ab alio templum exhibet, in cujus fronte tria crura inſculpta ſunt Trinacriæ Symbolum, in veſtibulo trophæum huic ſimillimum cum eadem epigraphe. IMP. CAESAR.

Caput Auguſti ſine litteris.
31. CAESAR. DIVI F. Apollo ſaxo inſidens arcu ad humeros rejecto lyram pulſat. Erizzus clypeum pro arcu reponit. Auguſtus Apollinis filius habitus, & nos infra de Apolline Actio, ſeu Palatino.

CAESAR. IMP.
32. AUGUSTUS. Taurus. Plurimi reperiuntur Auguſti nummi, cum hujus Tauri nota, qui Coloniarum nomina præferunt, & præcipue Hiſpaniæ provinciæ & ſi magis placeat, referas ad Statilii Tauri cognomen.

AUGUSTUS. DIVI F.
33. IMP. X. Auguſto in ſuggeſtu inſidenti legati Barbarorum oleæ ramos porrigunt pacem petunt. Svetonius, *qua virtutis, moderationiſque fama Indos etiam, & Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam ſuam, Populique Romani, ultro per legatos petendam*. Strabo. *Jam ex Indiæ uno tantum loco, atque ab uno Rege, atque altero, Pandione ſcilicet, ac Poro legatio ad Auguſtum venit Imperatorem cum muneribus*. Horatius pluribus, ac præcipue Sæculari.

Jam mari, terraque manus potenteis
Medus, Albanaſque timet ſecureis,
Jam Scithæ reſponſa petunt ſuperbi
nuper & Indi.

Propertius

India quin Auguſte tuo dat colla triumpho
Et Domus intactæ te tremit Arabiæ.

De Parthis Auguſto pacem petentibus Euſebius in Chron. Ramos oleæ ipſi gerunt, ut Polibius & Phornutus.

Polib. l. 3. Phornutus de Deorum natura.

S. P. Q. R. CAESARI AUGUSTO.

34. VOT. P. SUSC. PRO. SAL. ET. RED. J. O. M. SACR. Vota Publica Suscepta Pro Salute, Et Reditu Jovi Optimo Maximo Sacrum. Martis ultoris simulacrum signa recepta tenentis scilicet in expeditione orientali, cum Phraatas metu perculsus signa Crasso Antonioque adempta restituit Augusto. Dio. Itaque, & sacrificia ejus rei causa, & templum Martis Ultoris in Capitolio ad imitationem Jovis Feretrii, quo signa militaria suspenderentur decerni jussit, ac deinde perfecit. Sæpius pro salute, & reditu Augusti, vota suscepta tum in expeditione Cantabrica, tum in Orientali, ut in ejus nummis. Hinc Horatius.

l. 54.

l. 4. Od. 2. & 5.

Votis, ominibusque, & precibus vocat
Curvo nec faciem littore dimovet
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem.

Extat inscriptio.

TI. CLAUDIUS. TI. F. NERO
PONTIFEX. COS. ITERUM
IMP. ITERUM
LUDOS. VOTIVOS. PRO REDITU
IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
JOVI. OPTIMO MAXIMO. FECIT
EX S. C.

AUGUSTUS. DIVI F.

35. C. CAES. AUGUST. F. Cajus Cæsar Augusti Filius. Monumentum extat profectionis ejus in Armeniam cum signis Legionum, atque Cohortium de qua expeditione Tacitus. *C. Cæsar componendæ Armeniæ deligitur: is Ariobarzanem origine Medum; ob insignem corporis formam, & præclarum animum volentibus Armenis præfecit.* Extat Ovidii carmen.

Marsque pater, Cæsarque pater date numen eunti,
Est Deus è nobis alter, & alter erit;
Auguror en vinces, votivaque carmina reddam,
Et magno nobis ore sonandus eris.

M. SANGUINIUS IIIVIR. Caput Caji Cæsaris Nepotis Augusti cum astro in vertice supra num. 14.

36. AUGUSTUS DIVI, desunt litteræ F. LUDOS. SAEC. Augustus Divi Filius Ludos Sæculares fecit. Figura stolata cum casside, & clypeo caduceum tenens Ursinus, & ex eo Nonius sacerdotem Salium cum apice autumant, sed apex non extat in casside, quæ utrinque alata est Victoriæ typus, ut in denariis, & quinariis, Sæcularibus ludis Populus Romanus victoriam pacemque Diis, precabantur, ut Horatius in Carmine Sæculari.

Jam mari, terraque manus potenteis
Medus, Albanusque timet secures
Jam Scithæ responsa petunt superbi
nuper & Indi
Jam fides, & pax, & honor, pudorque
Priscus

Eadem figura appicta est sæcularibus Domitiani, ut in ejus argenteis num. 21.

CAESAR AUGUSTUS.

37. OBCIVIS SERVATOS. Corona Civica, de qua ænea tabula num. 17.

IMP. CAESAR.

38. AUGUSTUS, Capricornus ungulis globum tenens gubernaculo affixum juxta quem Cornucopiæ. Capricornus natale sidus Augusti, non horoscopus, seu ascendens, ejus verò μεσουράνημα, hoc est signum regiæ fortunæ. Horoscopus ad brevitatem, seu longitudinem vitæ ac temperamentum corporis pertinet. De Augusti Capricorno Svetonius. *Natus est Augustus M. Tullio Cicerone, & Cajo Antonio Coss. ix. Kalendas Octobris paulo ante Solis exortum*, & paulo post. *In secessu Apolloniæ Theagenis Mathematici pergulam, comite Agrippa ascenderat. Cum Agrippæ, qui prius consulebat magna, & penè incredibilia prædicerentur, retinere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat metu, ac pudore, ne minor inveniretur;*

niretur; qua tamen post multas adhortationes vix, & cunctanter ædita, exiluit Theagenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam facti Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. Si verò natus sit Augustus ante Solis exortum (teste Svetonio) ejus natali Capricornus præesse non poterat, qui paulo ante occasum undecimam circa horam elevatur. Unde potius ante occasum, quam ante Solis exortum Augustus natus est. At Svetonio adstipulatur Manilius.

Contra Capricornus in ipsum
Convertit visus, quid enim mirabitur ille
Majus in Augusti cum . . . . . fulserit ortum

CAESAR AUGUSTUS.
39. OBCIVIS SERVATOS. Civica.

CAESAR AUGUSTUS.
40. P. PETRON. TURPILIANUS TUIT. In Sicilia percussus Syracusis cujus typus est Pegasus. Dio. *Augustus rebus in Sicilia ordinatis, Siracusisque, & aliis quibusdam Urbibus Coloniæ Romanorum destinatis in Græciam transmisit.* Pegasus alatus.

CAESAR DIVI. F. COS. VI.
41. AEGYPTO CAPTA. Crocodilus Ægypti typus.

CAESAR AUGUSTUS.
42. M. DURMIUS IIIVIR. Leo Cervum lanians Jelitorum typus in aliis eorumdem ΤΕΛΗΤΩ. Hyela Urbs Lucainæ ubi cusus fuit nummus a M. Durmio Proprætore ejusdemque provinciæ Proprætore seu Augusti Legato Ursinus, Erizzus, & Nonius Leonem, & Cervum seculares ludos, vel devictum Antonium ab Augusto indicare arbitrantur. Leo Cervum devorans Constantinopoli ex ære factus a Libanio describitur.

AUGUSTUS. DIVI F.
43. IMP. XII. Actius Apollo, idemque Palatinus cujus fanum, veteri apud Actium ampliato, in Palatio condidit Augustus, Propertius in descriptione templi Palatini.

Deinde inter matrem Deus ipse, interque sorores
Pythius in longa carmina veste tonat.

De eodem Tibullus

Ima videbatur talis illudere palla
Namque hæc in nitido corpore vestis erat,
Artis opus raræ fulgens testudine, & auro,
Pendebat levâ garrula parte lyra.

Propertius auctorem præconemque victoriæ canit cum in hostes prius sagittas excusserit postea ad Augusti laudes lyram sumpserit.

Actius hinc traxit Phœbus monimenta quod ejus
Una decem vicit missa sagitta rates:
Bella satis cecini, citharam jam poscit Apollo
Victor & ad placidos exuit arma choros.

Nonius tamen non Apollinem, sed Musam hoc simulacro effingi probare nititur, quasi Arcitenens non Musicus Deus astiterit Augusto in Actiaca pugna.

AUGUSTUS COS. XI.
44. S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. Triumphalis arcus. Reversus Augustus ab expeditione orientali compulso ad obsequium Phraate, signisque restitutis, ovans in Urbem ingressus est. Dio. *Equo etiam ovans in urbem invectus est fornice trophæum gestante honoratus*: unde Horatius:

Ille seu Parthos Latio imminenteis
Egerit justo domitos triumpho.

Caput Augusti sine litteris
45. IMP. CAESAR. Terminus capite radiato, ad pedes fulmen. Erizus, & ex eo Nonius & Occo cæterique hoc symbolum ad Augusti referunt adagium FESTINA.

STINA. LENTE Nos fignum Jovis, quem Greci ὅριον appellant. Scribit Dionifius Numam Pompilium Jovi terminali terminos facraffe. Hujus meminit Plato. Pollux. Jovis ὅριον & ἐφόριον Orii & Ephorii hoc eft terminalis. Veteres enim hermis fuos conjunxere Deos: unde Hermatheæ, Hermeraclis, Hermopam, Hermanubis quæ Palladis, Ærculis, Panis, Anubis, fimultatem cum Mercurio indicant ut in hoc nummo Ærmodios, feu Juppiter Orius, & terminalis. Virgilius. *Capitoli immobile faxum.* Lactantius. *Lapidem informem, atque eundem Romani colunt, cui nomen eft terminus.* Adverfum vide num. 82.

46. CAESARI. AUGUSTO. Triumphalis quadirga de qua num. 82. S. P. Q. R. PAREN. CONS. SUO.

CAESAR. Caput Augufti in quercea in aliis laurea corona.
47. AUGUST. Corona ex craniis boum, & pateris victifque in cujus medio candelabrum feu tripos quæ ad facra pertinet, ac Pontificatum maximum defignare videntur.

CAESARI. AUGUSTO.
48. S. P. Q. R. Quadriga triumphalis in honorem Augufti cum Aquila legionaria fignis receptis. Similem currum decretum fuiffe Julio Cæfari narrat Dio. *Cæfar peracto de Pompejo triumpho ftatuam æneam globo orbis terrarum infiftentem habuit cum infcriptione SEMIDEI. EX. S. C. currumque in cella Jovis adverfus deum ipfum fpectantem.* Equi currentes, feu quadriga fuper curru ludos magnos votivos indicant, quos in triumphis, ac victoriis S. P. Q. R. Jovi vovebat, ut ex Livio.

CAESARI. AUGUSTO.
49. MAR. ULT. Marti Ultori. Martis Ultoris templum, & fimulacrum cum fignis receptis. Dio collocat hoc templum in Capitolio: cum enim accepta ab Augufto de Parthis figna dixiffet, *Itaque, inquit & facrificia ejus rei causâ, & templum Martis Ultoris in Capitolio ad imitationem Jovis Feretrii, quo figna ea militaria fufpenderentur decerni juffit, ac deinde perfecit:* Hoc templum Martis Ultoris Ovidius Bifultoris appellat.

Parthe refers Aquila vicos quoque porrigis arcus
Pignora jam noftri nulla pudoris habes:
Rite Deo templumque datum nomenque Bifultor
Emeritus voti debita folvit honor.

Donatus de Urbe Roma l. 2. cap. 22. Nardinum Roma antiqua l. 5. cap. 16. Riquium de Capitol.

Diverfum fane hoc capitolinum ab alio Martis Ultoris templo quod fuperius defcribit idem Ovidius ab Augufto Philippenfi bello votum in ultionem Cæfaris ac in fuo foro dicatum, de quo etiam Svetonius. Super quibus confule Donatum.

S. P. Q. R. CAESARI. AUGUSTO. Caput Augufti.
50. QUOD. VIAE. MUN. SUNT. Triumphalis Arcus cum quadrigis fupra pontem pofitus. Svetonius. *Quo autem facilius undique Urbs adiretur, defumpta fibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris, ex manubiali pecunia fternendas diftribuit.* Dio. *Cum videret Auguftus vias extra Urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere, reliquas patrum quibufdam propriis fumptibus reficiendas mandavit, Flaminiam, quoniam ea ducturus erat exercitum ipfe procuravit, atque ea ftatim inftaurata.* Itaque Arcus triumphalis fuper ponte Tyberis ei Arimini pofitus quod triumphalium virorum opus, & cura concurriffet. Famianus Nardinus in fua Roma Antiqua nuper ædita, non procul ab Urbe ad Pontem in loco ejufdem Flaminiæ, vulgo *il Borghetto* Arcus quadrifrontis extare afferit veftigia in honorem Augufti & huic nummo congruentia.

Svet.

Dio l. 54.

CAESARI. AUGUSTO. Caput Augufti laureatum.
51. MAR. ULT. Martis Ultoris templum de quo fupra. In templi faftigio confpiciuntur Deorum ftatuæ juxta Ovidii defcriptionem.

Ovid. Faft. 5.

Profpicit armipotens operis faftigia fummi
Et probat invictus illa tenere Deos.

At Ovidius hic non loquitur de templo Capitolino Martis, fed alterius quod erat in foro.

Ju-

Juvenile caput Augusti sine litteris.
52. IMP. CAESAR. In peristilio templi inscriptum Augusti nomen, quem morem tangit Ovidius,

Spectat, & Augusto prætextum nomine templum;
Et visum lecto Cæsare majus opus.

Ovid.v.Fast.

Ædificium tamen ex structura templum esse non videtur, eo magis quod Romæ templa nomini suo Augustus non permisit, in provinciis suo, & Romæ tantum communi titulo.

CAESARI. AUGUSTO.
53. S. P. Q. R. triumphalis quadriga in honorem Augusti signum manutenentis. Propertius.

Persequar & currus utroque ab littore ovantes
Parthiaque astutæ tela remissa fugæ.

Propertius.

C. CAESARI AUGUSTO. Augusti caput laureatum.
54. S. P. Q. R. Templum Martis Ultoris, in quo triumphalis currus cum signo legionis.

Caput Augusti laureatum sine litteris.
55. CAESAR. AUGUSTUS. Lauri rami bini. Laurus frequens in Augusti nummis, Augustæ Domui fausta semper & felix. Vidimus in æneis num. 15. vide Plinium lib. 16. cap. 30.

IMP. CAESAR.
56. AUGUSTUS. Ara cum duabus capellis.

CAESAR. AUGUSTUS.
57. C. ANTISTIUS. REGINUS. IIIVIR. Sympulum super tripode, littuus & patera instrumenta sacra, quæ Augusti Auguratum, & Pontificatum designant.

DIVI. JULI. F. IMP. caput Augusti galeatum.
58. CAESAR in clypeo cum duabus hastis.

Caput Augusti sine litteris in aliis fulmen.
59. CAESAR. DIVI. F. Venus victrix cum sceptro & cassìde: de hac plura in argenteis Julii Cæsaris.

CAESAR. AUGUSTUS.
60. S. P. Q. R. CL. V. Senatus Populusque Romanus Clypeum Vovit.

AUGUSTUS cum lituo.
61. C. MARIUS. C. F. PR. Q. IIIVIR. Corrige PRO IIIVIR., ut notat Ursinus, Pro Triumviro; is qui mortuo aut absente triumviro monetali ejus officio functus sit.

IMP. CAESARI. AUG. COS. XV. TRIB. POT. VI. S. P. Q. R. caput Augusti.
62. CIVIB. ET SIGN. A. PARTHIS. RESTITUTIS. Triumphalis Arcus. De Parthico triumpho Dio. *Equo etiam ovans in Urbem invectus, ac fornice tropbæum gestante honoratus est*. Horatius.

Ille seu Parthos Latio imminenteis
Egerit justo domitas triumpho.

AUGUSTUS. DIVI F.
63. COSSUS. GN. F. LENTULUS. Statua est Augusti, vel Cossi, qui Volumnio Vejentum duce capto secunda spolia opima retulit, quæ humero fert Cajus Cossus Lentulus nepos percussit Augusti legatus in Cilicia, de quibus consule Ursinum.

Ursinus in Cornelia.

CAESAR. AUGUSTUS. IMP.
64. P. CARISIUS. LEG. PROPR. Trophæum. P. Carisius fuit in Hispania Augusti Le-

Legatus, & Proprætore ut vidimus ſupra num. 2. Trophæum deſignat Cantabricam Victoriam: Horatius.

Horatius carm 4. ode 14.

Te Cantaber non ante domabilis
Meduſque & Indus, te profugus Scythes
Miratur.

CAESAR. AUGUSTUS. Caput Auguſti ſine laurea

65. M. AGRIPPA. M. Agrippæ caput ſine corona PLATORINUS IIIVIR. Conſule Urſinum.

Urſinus in Platorin.

CAESAR. AUGUSTUS.

66. P. PETRON. TURPILIANUS. IIIVIR. Siren monſtrum muliebre partim volucre Partenopeam deſignat. Syrenas prius latus Siculum, juxta Pelorum, poſt ad Capreas Inſulas Neapolim ſe contulere. Ab hac Urbs ipſa Neapolis cognominata, quæ ab Auguſto fuit inſtaurata. Sed quia corpus Parthenopes Cumis conditum fuit, poteſt nummus ad Cumas Coloniam ab Auguſto deductam pertinere, ut notat Urſinus.

AUGUSTUS. DIVI. F. PATER. PATRIAE.

67. L. LENTULUS. FLAMEN. MARTIALIS. Caji Auguſti nepotis ſimulacrum, cujus caput cum aſtro in vertice vidimus ſupra num. 14. altera manu victoriolam, altera haſtam tenet, qua ipſe & clypeo donatus fuit ab Æqueſtri ordine Princeps Juventutis; clypeum vero tenet Lentulus, ſiduſque Julium indicat.

CAESAR. AUGUSTUS.

68. C. MARIUS. PRO. IIIVIR. Dianæ caput. Adnotavimus num. 61. in nummis legi PRO. IIIVIR. Pro Triumviro; ſic interpretatur Urſinus. Sed cum nummus ſignatus ſit Siciliæ, potius PROQUÆSTOR Marius & Triumvir.

CAESAR. AUGUSTUS.

69. TURPILIANUS. IIIVIR. Luna cum Phoſphoro ſtella antelucana, Byzantinorum inſigne, apud quos nummus cuſus eſt, Auguſto in Aſia commorante. Extant alii ejuſdem notæ ac præcipue Trajani cum litteris ΒΥΖΑΝΤΙΝΗ. ΣΩΤΕΙΡΑ Bizantina ſervatrix quod Urbem ſervaverit a Philippo Macedonum Rege, noctu per dolum invaſuro. Erupit è nubibus luna prælucente Phoſphoro civeſque canibus excitavit. Auctores ſunt Æſychius Mileſius, & Stephanus. Hinc & hodie Bizantiis luna venerationi eſt.

CAESAR. AUGUSTUS.

70. L. AQUILIUS. FLORUS IIIVIR. Quod Flori cognomen quidam ejus familiæ duxerat, florem Aquilius in denariis expreſſit.

AUGUSTUS. COS. XI. Caput Auguſti laureatum.

71. M. AGRIPPA. COS. TER. COSSUS. LENTULUS. COS. TER. Caput M. Agrippæ cum roſtrata corona.

AUGUSTUS. DIVI F.

72. IMP. X. SICIL. Diana venatrix. In aliis IMP. VIII. IX. X. XI. XII. Diana inter Siciliæ tutelares Deos locum obtinere videtur. Diodorus Siculus tradit Dianam, Minervam, & Proſerpinam Inſulam hanc mirificè dilexiſſe. Unde ſæpe in Syracuſanorum, aliiſque Siciliæ nummis Diana, & Minerva quæ etiam in Proſerpinæ raptu expreſſæ ſunt &c.

Diod. l. 5.

M. DURMIUS IIIVIR. HONORI. Honoris caput.

73. CAESAR. AUGUSTUS. Quadriga triumphalis.

CAESAR. AUGUSTUS.

74. JOVI OLYMP. Templum Jovis Olimpii, de quo Svetonius. Nam Auguſtus ſummis meritis in Rempublicam, & exteros omnium amorem, & venerationem conſecutus fuit, diviniſque honoribus cultus, itaut *Reges amici, atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas urbes condiderint: & cuncti ſimul ædem Jovis Olympici Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi ſumptu deſtinaverunt, genioque ejus dicarunt.*

Caput Auguſti ſine litteris.

75. IMP. CAESAR triumphalis quadriga.

CAE-

CAESAR AUGUSTUS. Augusti caput sine laurea.

76. LUCIUS CANINIUS CALVUS IIIVIR. Legatus Parthus genuflexus, à Phraate Rege remissa signa porrigit. Propertius.

Hic referat serò confessum fœdere Parthum
Reddat signa Remi, mox dabit ipse sua. Horatius. (*a*)
Jus, imperiumque Phraates
Cæsaris accipiet genibus minor.

l. 4. el. 6.

Vide Dionem, Ovidium, Propertiũ, Svetonium, Eutropium, Donatũ, & totam Historicor., & Chronologor. cohortem.

(*a*) Ep. xij. lib. 1.

AUGUSTUS. Caput Augusti cum lituo.

77. C. MARIUS C. F. PRQ. IIIVIR. (*b*) Stantes duos cum baculis, seu sceptris, ac radiata corona. Nonius dicit: *an Apollo cum Augusto.* Occo Legatos barbaros opinatur, quos vel Reges crederem,

(*b*) C. MARIUS C. F. PROIIIVIR mortuo, aut absente Triumviro monetali, in ejus locum suffectus, vide Spanhé.

AUGUSTUS DIVI F.

78. IMP. XI. Diana venatrix, de qua supra numero 72. cum titulo SICIL.

IMP. CAESAR. AUGUSTUS. caput laureatum.

79. Herculis clava inter duas citharas: nummus signatus in Sicilia. Hercules, & Apollo Tutelares: in aliis lira, in aliis signata est clava tantum cum litteris BALBUS. PR. P.

AUGUSTUS. DIVI F. PONT. MAX. TR. POT. X. COS. XI. IMP. XI.

80. Victoria insistens proræ cum corona, & palma, in aliis ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟΝ Victoriam Actiacam designat.

CAESAR AUGUSTUS sine laurea.

81. OB CIVIS SERVATOS. Civica, in qua clypeus S.P.Q. R. CL. V. Clypeum Vovit.

CAESARI AUGUSTO. Triumphalis quadriga, quam vidimus numero 46.

82. S. P. Q. R. PARENTI. CONS. SUO. Laurea, toga picta, seu triumphalis. Aquila signum Legionis. Svetonius *Patris patriæ cognomen universi repentino, maximoque consensu detulerunt: ei prima plebs legatione Antium missa, deinde, quod non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens & laureata, mox in curia Senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis, quod bonum (inquit) faustumque sit tibi, domuique tuæ Cæsar Auguste (sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ, & læta huic precari estimamus) Senatus te consentiens cum Populo Romano consalutat, patriæ patrem.* Horatius. (*c*)

Heic ames dici pater, atque princeps
. . . . qui contulit & tibi, & Urbi.

Signum militare à Parthis receptum opinor. De laurea, ac triumphali toga. Dio. *Dataque potestas Kal. Jan. singulis coronæ, & vestis triumphalis gerendæ, a quo mos emanavit, non triumphantibus modo, sed & coss. Kal. Jan. in toga picta fuisse.* Hæc opere phrygio, acu elaborata, figuras, seu palmas exhibebat, unde etiam palmata. Toga picta, dicta fuit etiam Jovis tunica, & capitolina, quia è Capitolio triumphantes eam sumebant. Livius. *Qui Jovis O. M. ornatu decoratus, curru aurato per Urbem vectus, in Capitolium ascenderit*, cui adstipulantur illa Svetonii de Augusto, *in patris Octavii somnium, videre visus est filium mortali specie ampliorem, exuviisque Jovis optimi maximi, ac radiata corona super laureatum currum bissenis equis candore eximio trahentibus.* Riquius in suo Capitolio, hunc nummum protulit, togamque pictam ab Olympiaco pallio desumptam, afferit, quod non convenit cum Plinio, *qui pictas vestes jam apud Homerum fuisse; unde triumphales.*

Toga picta, ut volunt, aut potius tunica palmata cum clavis aureis, aut toga palmata, qua indui solebant triumphantes. Juvenal. Sat. x.

(*c*) l. 1. od. 2.

l. 1. ep. 16.

l. 53.

Plinius.

In oratione pro

lib. 8. c. 48.

CAPUT AUGUSTI. sine laurea, & sine litteris.

83. CAESAR DIVI F. Pax cum copiæ cornu, atque olea. Horatius.

Jam fides & Pax, & honor, pudorque
Priscus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.

84. L. VINICIUS L. F. IIIVIR. Ara, seu columna, in qua S. P. Q. R. IMP. CAE. QUOD V M S. EX EA P. Q. IS. AD. Æ. DE. Senatus Populusque Romanus Imperatori Cæsari, Quod Viæ Munitæ Sunt Ex Ea Pecunia, Quam Is Ad Ærarium Detulit. Livius: *Senatus in Capitolio habitus: ibi referente P. Scipione S. C. factum est, ut quos ludos inter seditionem militum in Hispania vovisset ex ea pecunia,* quam

Livius l. 24.

quam ipse ad ærarium detulisset, faceret. Hujusmodi pecuniam, Svetonius manubialem appellat, quæ de hostium manubiis collecta in ærarium deferebatur. De viis ab Augusto munitis, videas supra numero 50. Hujus latus aversum n. 93.

85. FESTINA. LENTE. Delphinus anchoræ alligatus, juxta Augusti adagium ΣΠΕΥΔΕ. ΒΡΑΔΕΩΣ. de quo Svetonius. *Nil autem minus in perfecto duce, quam festinationem, temeritatemque convenire arbitrabatur: crebrò itaque illa jactabat Festina Lente.* Hic Augusti nummus fictitius est, & recens: veteres tantum Vespasiani, Titi, ac Domtiani habemus, cum titulis Consulatum, ac Tribunitiæ Potestatis, dempta tamen inscriptione FESTINA LENTE, quam nondum vidimus in antiquis.

AUGUSTUS. Augusti caput sine laurea.
86. ARMENIA CAPTA. Phraatis metu Caji Cæsaris in Syriam advenientis, Armeniam Romanis dedit, seque in Parthiam recepit. Dio. *Postquam Cajus in Syriam advenisset, ea conditione ut Armeniam missam faceret, in gratiam rediit.* Tacitus. *Cajus Cæsar componendæ Armeniæ deligitur: is Ariobarzanem origine Medum, ob insignem corporis formam, & præclarum animum volentibus Medis præfecit.* Horatius.

l. 1. ep. 12.

Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit.

AUGUSTUS DIVI F. sine laurea.
87. IMP. X. Apollo Actius, de quo supra numero 43.

P. PETRONIUS. TURPILIANUS IIIVIR. In aliis FERON. Feronia Dea, ad indicandam Petroniorum originem à Sabinis, à quibus Feronia, sive Juno colebatur, ut docet Ursinus.

CAESAR AUGUSTUS. SIGNIS. RECEPTIS.
in Petronia. 88. 89. De Parthorum legato in genua procumbente, supra numero 76.

C. CAESAR.DIVI. JULI. F.IMP. AUGUR. PONT. IIIVIR. R. P.C. Caput Augusti.
90. M. ANT. IMP. AUG. IIIVIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. P. Marcus Barbatus Quæstor Prætor.

M. Antonii. Caput.
91. CAESAR. IIIVIR. R. P. C. POPULI. JUSSU. Statua equestris Augusto posita. Erizzus, & ex eo Ant. Augustinus, Occo, & Nonius opinantur, hanc esse equestrem statuam, de qua Vellejus Paterculus, *Mox cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis provinciis Brundusium venire jusserat, legio tertia, & quarta cognita, & Senatus voluntate, & tanti juvenis indole, sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt. Eum Senatus honoratum equestri statua, quæ hodieque in rostris posita ætatem ejus scriptura indicat; qui honor non alii per CCC. annos, quam L. Gillæ & Gneo Pompejo, & Cajo Cæsari contigerat.* Sed statua equestris, de qua Paterculus, alia est ab hac in nummo signata; hæc populi jussu, illa S. C., illa Cæsari Proprætori, hæc Cæsari Triumviro.

CAESAR. IMP. IIIVIR. R. P. C. Caput Augusti.
92. LEPIDUS. PONT. MAX. IIIVIR. Caput Lepidi.

L. VINICIUS. L. F. IIIVIR. Ara, seu columna cum inscriptione, quam recenseas numero 84. *quod viæ munitæ sunt.*
93. Ad equestrem verò statuam faciunt illa Dionis, quæ adduximus numero 50.

A U G U S T U S
E X A U R O.

AUrea omnia in argenteis adnotantur præterquam ultimum unum (num. 13.)

CAESARI AUGUSTO S. P. Q. R. Caput Augusti sine corona.
1. SALUS GENERIS HUMANI in civica, quam ab humano genere Augustum accepisse, & nummus, & Plinius testantur.
TIBE-

TIBERIVS CAES.
C · V ·
T · T ·
EX
AERE
C.I.

TIBERIVS CAES·
S·P·Q·R·
PATER
S·C
S·C
EX
AERE

TIBERIVS CAES·
S·C
S·P·Q·R·
IVLIAE
AVGVST·
EX
AERE
C·III·

TIBERIVS CAES·
EX ARGENTO
CC·I

TIBERIVS CAES.
EX
AVRO

TIBERIUS
EX AERE.

TI. CAESAR. DIVI. AUGUSTI. F. AUGUSTUS.

1. PONT. MAXIM. COS. III. IMP. VII. TR. POT. XXII. Non faces, ut Vicus expressit, sed Copiæ cornua, in quorum medio caduceum: Pacis, Abundantiæ, ac Felicitatis typus, juxta Velleij Paterculi elogium: *Quando Annona moderatior? Quando Pax lætior?* Simile emblema extat in alio Tiberii nummo percusso vivente Augusto.

Vellejus Pat.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. IMP. VII.

2. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XVII. S. C. Simulacrum sellæ insidens cum sceptro, seu hasta pura, Deæ habitu; non Deæ salutis, ut Ludovicus Nonius, sed Juliæ Augustæ esse probavimus ad æneum Augusti nummum n. 21. Cæterum Augusti nomen in hoc nummo Tiberio adscriptum, Tribunitia ipsius potestate XVII., quo anno Augustus excessit, dubitationem affert in Svetonii verbis: *Prænomen quoque Imperatoris, cognomen quoque Patris Patriæ, & civicam in vestibulo coronam recusavit, ac ne Augusti quidem nomen quanquam hæreditarium, ullis, nisi ad Reges ac Dynastas epistolis addidit.* Verum est, Tiberium à prænomine Imperatoris, & à cognomine Patris Patriæ abstinuisse, Augusti verò nomen statim recepit.

Svet. in Tiberio cap.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. IMP. VIII.

3. PONTIF. MAX. TRIBUN. POTEST. XXIIX. S. C. Caduceum pacis typus. De Pace, imperitante Tiberio repetam Paterculi elogium: *quando Pax lætior, diffusa in Orientis, Occidentisque tractus, & quidquid Meridiano, aut Septentrione finitur Pax Augusti per omnes terrarum Orbis angulos à latrociniorum metu servat immunes.* Plura in sequenti.

Vellejus Pat. loc.cit.

TI. CAESARI. AUGUSTO. P. P. CO. Has litteras corruptas edidit Erizus. Signatus est nummus in Colonia, corrige DD. COL. Decreto Decurionum Coloniæ, cujus nomen non legitur in antiquo nummo.

4. PACE. AUG. PERP. Pace Augusti Perpetua. Cum hic nummus non Romæ, sed in Colonia cusus sit, malè Erizus arbitratur, memoriam extare Jani clausi à Tiberio, ac veritati adversatur, cum post Augustum, Nero tantum Janum cluserit: addita est quercea Corona à Colonis dicata. Nonius ad Augustum hunc nummum spectare asserit, sed Inscriptio PACE. AUG. PERP. intelligenda est de Tiberio, non de Augusto, quo mortuo præcedere debuisset DIVI titulus, quo vivo Tiberius Augusti nomen non assumpsisset. Non ergo loquitur Inscriptio de Jano clauso, at de pace sub Tiberio, quam præter Velleji elogium in antecedenti nummo, cecinit Germanicus Cæsar, Germanis à se devictis, ac Tiberium invocat:

Pax tua, tuque adsis nato, nomenque secundes.

Germanic. Phœn. Arat.

 Et

Manil. Aftron.

Et Manilius.

Jam propriusque favet Mundus ſcrutantibus ipſum,
Et rapit æthereos per carmina pandere cenſus
Hoc ſub pace vacat tantum.

Germanicum verò, & Manilium ſub Tiberio ſcripſiſſe, diſertè probat Jo: Triſtanus contra Scaligeri ſententiam.

Jo. Triſtanus tom. 1.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. P. M.

5. NERO. ET. DRUSUS CAESARES. QUINQ. C. VINIC. Nero, & Druſus Cæſares. Cajus Vinicius Quinquennalis intelligitur Duumvir. Caji, & Lucii vultus invicem ſeſe reſpicientes. Ludovicus Nonius, qui ab Ænea Vico corrupta in ſuo Tiberio tranſtulit numiſmata, legit C. NERO. ET DRUSUS. Et ſic notat. *Inſcriptio hujus numiſmatis non admodum mihi proba videtur: prænomen enim hoc Neronis alibi non legitur:* Oritur error a littera C. ultima VINIC. C. NERONI. præpoſita. Cæterum Neronem, & Druſum Germanici ex Agrippina filios Tiberio ſuſtulit criminante Sejano.

TI. AUGUS. DIVI. AUGUSTI. F. IMP. CAES.

6. L. FV. SPARSO. L. SATVRNINO. IIVIR. M. C. I. Lucio Fulvio Sparſo, Lucio Saturnino Duumviris Municipium Calaguris Julia. Bos Coloniæ inſigne, deque ipſa conſule Antonium Auguſtinum.

Ant. Auguſt. Dial.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio S. C.

7. Templum pulcherrimum ſine inſcriptione. De Templo poſito in Auguſti honorem à Tiberio infra C. Caligulæ tab. 1. num. 6.

TI. CAESAR. AUG. F. PONT. TR. POT. XII. IMP. V.

8. C. V. T. T. Colonia Victrix Tarraco Togata. Corona civica, quam ad Auguſtum ſpectare opinor, quo vivente cuſus eſt nummus, & cui delatus fuit honos civicæ ob Cives ſervatos, ut in ipſius Auguſti tabulis.

DRUSUS. CAESAR. TI. AUGUST. TI. F. TR. POT. ITER. in medio S. C. ut infra num. 20.

9. PIETAS. Caput velatum, diadematum Juliæ Auguſtæ Tiberii Matris, vultu, ac titulo Pietatis. Angelonus Pietatem ex Druſi morte opinatur, cum tamen ab eodem Druſo nummus ſit cuſus. De hoc infra num. 20.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΚΑΙΣΑΡ. Tiberii Cæſaris Auguſti caput.

10. ΕΠΙ. ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ЄΜ. Sub Sillano Antiochenſium Prætore. Laurea, & clypeus Tiberio dicatus.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIIII. in medio S. C. ut infra num. 28.

11. JUSTITIA. Caput Juſtitiæ, ſeu Juliæ Auguſtæ diadematum.

TI. CAESAR. DIVI. AUGUSTI. F. AUGUSTUS.

12. M. CATO. L VETTIACUS. IIVIR. C. C. A. Cæſar Auguſta. Colonus cum bobus. Sicuti Romæ Conſules, ſic in Coloniis Duumviri.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio S. C. ut num. 27.

13. Non hæc triumphalis quadriga, è qua deſcendit Tiberius, Pannonico triumpho, ut præſidentem Auguſtum veneraretur, de qua Svetonius, & Dio, ut ſenſit Angelonus; nam illa in argenteo nummo exhibetur cum Tiberio triumphante, num. 2., & in alio Auguſti aureo, ejus Tribunitia Poteſtate XVII. Hic verò Tribunitia Poteſtate vigeſima ſeptima, annis inde viginti, & ad ultimam Tiberii ætatem cuſus eſt. Quadriga tamen ipſa triumphalibus ornamentis inſculpta eſt cum Victoriis, ſertis, militibus, & captivo, ut in antiquo nummo Camilli Patriarchæ Hieroſolymitani, quamvis Vicus choreas puerorum ſuo ingenio expreſſerit. Similes currus ducebantur etiam in pompis ſolemnium ludorum, ut de Tiberio ipſo teſtatur Dio. *In theatrum aureos currus Tiberii utrinque perductos.* Et currus ipſi aliquando cum ſtatuis, aliquando ſine ſtatuis principium producebantur.

14. TI-

14. TIBERIUS. CAESAR. AUGUSTUS. Tiberii caput cum Aquila, & lauri surculo.

Apollinis caput in laurea corona cum litteris ignotis.

15. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio S. C. ut num. 26. Elephantorum currus cum simulacro Augusti. Hujus meminit Svetonius. *Aviæ Liviæ divinos honores, & Circensi pompa currum Elephantorum, Augusteo similem, decernendum curavit.*

Svet. in Claud.

TI. CAESAR. AUGUSTI. F. IMPERATOR.

16. ROM. ET AUG. Romæ, & Augusto. Templum, seu ara est Augusto dicata cum Victoriis. Erizzus templum esse Tiberio positum ab Asiaticis, ipsorum civitatibus a terremotu restitutis. Error patet, cum nummus cusus sit vivo Augusto: Asiæ verò Urbes multo post Imperitante Tiberio terræmotu perculsæ fuerunt. Ad titulum vero ROM. ET. AUG. hæc docet Svetonius. *Templa quamvis sciret etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo, Romæque nomine recepit; nam in Vrbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore.* Videtur tamen cusus nummus in aliqua Hispaniæ Colonia, ut ex forma, & opificio apparet, non Pergami cum Templo in honorem Augusti, de quo Tacitus, nam Pergamenorum nummi græci omnes.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIIII. S. C. ut infra num. 25.

17. DIVUS. AUGUSTUS. PATER. Simulacrum Augusti radiatum in sella, dextra oleam, sinistra hastam, seu sceptrum, ara ante pedes. De Augusto adhuc vivo Ovidius.

Salve pater patriæ, tibi Plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques,
Res tamen ante dedit, serò quoque vera tulisti
Nomina, jamdudum tu Pater orbis eras.

Ovid. Fast. l.1.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUSTUS. IMP. VIII.

18. CLEMENTIAE. S. C. in aliis MODERATIONI. Clypeus votivus, in quo caput insculptum est Clementiæ ad Tiberii laudem.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUSTUS. IMP. VIII.

19. PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. Globus cum temone, orbis regimen, de quo in Augusto.

S. C. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUSTUS. IMP. VIII.

20. SALUS. AUGUSTA. Caput Juliæ Augustæ. Duos alios nummos à Tiberio percussos in honorem matris Juliæ Augustæ vidimus: alterum Pietatis, alterum Justitiæ titulo. De illis dubium oriri posset, hunc satis probat ipsius Augustæ vultus, & inscriptio.

S. C. DRUSUS. CAESAR. TI. AUG. F. DIVI. AUG. N. PONT. TR. POT. II.

21. Duo capita puerorum copiæcornibus imposita, in medio Caduceum, felicitatis symbolum. Pueri sunt Tiberius, & Drusus, Druso Tiberii filio geniti, qui tanta lætitia Tiberium affecere, ut ipsis gloriaretur in Senatu Imperii, ac Sanguinis sui perpetuitate. Sed periit uterque: Drusus statim morte præventus: Tiberius à Caligula sublatus. Animadvertendum à Jo: Tristano æditum hunc nummum cum Drusi ipsius capite, & nos Romæ vidimus ab impostoribus effictum.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. IMP. VIII.

22. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXIIII. S. C. in medio

TI. CAES. D. F. AUG. P. M. TR. POT. XXI.

23. CIVITATIBUS. ASIAE. RESTITUTIS. Tiberii simulacrum in subsellio cum hasta, & patera. Vestam esse Occo arbitratus est, sed ex laurea, vultu, habitu perspicuè Imperatorem designant, ac omnes consentiunt. De Terræmotu Asiatico, qui Urbes disjecit, Plinius, Strabo, & Vellejus, qui Tiberii munificentiam laudat. Fortuita non Civium tantummodo, seu Urbium damna, munificentia vindicat RESTITUTAE. URBES. ASIAE. Erizzus anno octavo Principatus Tiberii hunc terræmotum accidisse colligit, Occo anno decimo octavo,

octavo, quo Christus passus est. Sed nummus signatus est primò tribunitia Tiberii potestate XXI. hoc est anno ejus Imperii quarto post excessum Augusti. Passus verò est Christus Servator noster anno Imperii decimo octavo. Falluntur itaque cum Orosio, qui credunt, hunc terræmotum incidisse in tempus Passionis, nam totis XIV. annis posterius evenit. Circumfertur etiam hic nummus cum Tiberii capite ex eadem officina, qua antecedens Drusi.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. IMP. VII.
24. PONT. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXII.

25. S. C. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUG. P. M. TR. POT. XXIIII. hujus adversum sup. num. 17.

26. S. C. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. adversum sup. num. 15.

27. S. C. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. adversum sup. num. 13.

28. S. C. TI. CAESAR. DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIV. adversum sup. num. 11.

29. S. C. DRUS. CAESAR. TI. AUG. F. DIVI. AUG. N. PONT. TR. POT. II. adversum num. 21.

30. S. C. DRUSUS. CAESAR. TI. AUGUST. F. TR. POT. ITER. adversum num. 9.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIV.
31. S. P. Q. R. JULIAE. AUGUST. Carpentum sive Rheda in honorem Juliæ Augustæ, seu Liviæ, eadem viva, non mortua, ut notat Torrentius, quod Circensi pompa Diis tantum, ac Semideis in Cœlum relatis Carpentum à mulis traheretur. Signatus porro est hic nummus Tiberii Tribunitia potestate XXIIII. septem annis mortuo Augusto. Excessit Livia anno decimo quarto post ejus mortem à Tiberii Tribunitia Potestate XXXII., anno ab U. C. DCC. XXCII. ut ex Taciti annalibus, Occo nummum hunc corruptum Juliæ Augusti filiæ cum titulo *Divæ* sic adscribit. S. P. Q. R. DIVAE. JULIAE. AUGUSTI. FIL.

32. S. C. TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIIII.

S. P. Q. R. JULIAE. AUGUST. Currus Juliæ Augustæ, quem vidimus in antecedenti.

33. ΒΑΣΤΟΣ. Victoria lauream, & coronam præferens. Hic nummus pertinet ad Neronem, ut in ejus nummis.

34. ΕΡΩ supple ΝΕΡΩ ΚΛΑΤΔ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Neronis radiatum.

TIBERIUS

EX ARGENTO.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUSTUS.
1. PONT. MAXIM. Simulacrum Liviæ sedentis cum hasta pura, & lauri ramo.

TIBERIUS

EX AURO.

TI. CAESAR. DIVI. AUG. F. AUGUSTUS.
1. PONTIF. MAXIM. Simulacrum Liviæ, ut superius.
2. CAESAR. AUGUSTUS. DIVI. F. PATER. PATRIAE. Caput Augusti laureatum.

CALI-

IV.

CALIGVLA

D · CLAVDIVS CAES ·
AGRIPPINAE AVGVSTAE
EPHE
EX
ARGENTO
EE · I

D · CLAVDIVS CAES ·
S · P · Q · R ·
P · P ·
OB C · S ·
PACI AVGVSTAE
CONSTANTIAE AVGVSTI
AMPER · RECEPT
EQVESTER
ORDO PRINCIPI
IVVENTVTIS
CLAVDIO DRVSO GERM · COS · DESIGNATO NERONI
EX
AVRO

C·CAESAR GALIG·
PIETAS
EX
APRS
DI

C·CAESAR GALIG·
EX
ARGENTO
DD·I

C·CAESAR GALIG·
DRVSILLA
EX
AVRO

CALIGULA

EX AERE.

C. CAESAR. DIVI. AUG. PRON. AUG. P. M. TP. P. IIIPP.

1. ADLOCUT. COH. Adlocutio Cohortium *Prætorianarum*. Imperator paludatus è ſuggeſtu milites alloquitur: fortè in expeditione Germanica. Cajus porrò, maximo ſtudio proſecutus eſt milites, ut Svetonius: *nam & pius, & Caſtrorum filius, & pater Exercituum, & optimus maximus Cæſar vocabatur*. De ipſius quoque eloquentia in concionando populo, ac militibus, idem Svetonius: *Ex diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus, & promptus utique, ſi perorandum in aliquem eſſet. Hinc non infrequenter populo, militibuſque concionabatur*. Joſeph. *Is enim orator facundus, & peritus, utique litteraturæ, tam grecanicæ, quam patriæ.*

Vide tempora Tribun. pot.

Jud. l. 12. cap.

C. CAESAR. AUG. GERMANICUS. PON. M. TR. POT.

2. S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. Civica. Hæc non in adulationem, ſed in ſpem optimi principis, mortuo Tiberio, dicata fuit Cajo, ad exemplar Auguſti à S. P. Q. R. Svet. *Sic imperium adeptus P. R., vel ut ita dicam hominum genus voti compotem fecit exoptatiſſimus Princeps*. Repetita eſt poſtea in adulationem in ſui III. & IIII. Conſulatu, & tribunitia poteſtate, quando per antiphraſim verius fuit dicere OB CIVES SUBLATOS.

CAESAR. AUG. GERMANICUS. PON. M. TR. POT.

3. AGRIPPINA. DRUSILLA. JULIA. Tres. C. Cæſaris ſorores, ſingulæ copiæcornu tenent, ſed altera gubernaculo navis nixa eſt, ut Dea Fortuna; altera columnæ, ut Securitas, ſeu Felicitas, quæ in medio eſt, pateram præfert, ut Concordia. Cæterum Conſtantiam nunquam columnæ incumbentem, neque cum copiæcornu Pietatem nummi veteres exhibent, ut Hemelarius, & Erizzus explicant. Deas habitu, cultu, & nominibus Cajus ſorores ſuas haberi voluit. Svetonius. *De ſororibus author fuit, ut omnibus ſacramentis afficerentur, neque me, liberoſque meos cariores habeo quam Cajum, & Sorores*. Sed cum his omnibus Cajus fœdus, atque immanis ſtupri conſuetudinem fecit.

C. CAESAR. AUG. GERMANICUS. PON. M. TR. POT.

4. NERO. ET DRUSUS. CAESARES. Equeſtres ſtatuæ Neronis, & Druſi fratrum C. Caligulæ, in quorum honorem & memoriam ab ipſo percuſſus eſt nummus. Angelonus tamen, aliique Neronem, & Druſum troico ludo decertantes exiſtimavere, ſed ipſi Germanici Cæſaris filii cum Agrippina matre ſuſpecti, à Tiberio ſublati ſunt. Cæſares eoſdem nominat Tacitus: *Per idem tempus Neronem, è liberis Germanici, jam ingreſſum juventam commendavit Patribus, utque munere capeſſendi viginti viratus, ſolveretur, & quinquennio maturius, quam per leges quæſituram peteret, non ſine inſitu audientium poſtulavit: prætendebat ſibi, atque fratri decreta eadem petente Auguſto, ſed neque tum fuiſſe dubitaverim, qui ejuſmodi preces occulti inluderent, ac tamen initia faſtigiis Cæſaribus erant*. Extat Romæ ſepulcralis Neronis lapis, & alia dedicatio in Hiſpania.

an. 3.

OSSA
NERONIS. CAESARIS.
GERMANICI. CAESARIS F.
DIVI. AUG. PRON. FLAMIN.
AUGUSTALIS. QUAESTORIS.

NERONI. CAESARI.
GERMANICI. F.
TI. AUGUSTI. N. DIVI. AUG.
PRON. FLAMINI. AUGUSTALI.
SODALI. AUGUSTALI.

5. CAESAR. DIVI. AUG. PRON. AUG. P. M. TR. P. III. PP. PIETAS. Simulacrum Pietatis ſedentis cum patera.

6. DIVO. AUGUSTO. C. Caligula pontificali habitu templum Divi Auguſti à Tiberio factum, & à ſe abſolutum dedicat & ſacrificat. Svetonius: *Auguſti templum, reſtitutionemque Pompejani Theatri imperfecta poſt tot annos Tiberius reliquit*. Idem: *Templum Auguſti, theatrumque Pompeji Cajus abſolvit*. Dion. *Cajus habitu triumphali templum Auguſti dedicavit, nobiliſſimis pueris ætate florentibus, cum virginibus ejuſdem ordinis hymnum canentibus*. Marlianus, & ex eo Donatus hoc templum in foro conſtituunt, ſumpto argumento, quod Cajus (ut narrat Svetonius) ſuper Auguſti templum, ponte tranſmiſſo, Palatium, Capitoliumque conjunxit. Non igitur in foro, ſed in Palatio ipſo, foro imminente, templum Auguſti fuiſſe probabilius crederem ex Joſepho necem deſcribente C. Caligulæ in Palatio ſacra facientis Auguſto. *Satius igitur eſſe, dum ludi aguntur in Palatio, adoriri facinus*. Et paulò poſt: *Progreſſus deinde Imperator rem divinam fecit Auguſto Cæſari, ad cujus tum honorem ludi celebrabantur, & cadente victima contigit reſpergi cruore togam*.

7. C. CAESAR. AUGUSTUS. PONT. MAX. TRIB. POT.

8. VESTA. S. C. Dea Veſta in ſubſellio cum paterà, & haſtà pura.

9. C. CAESAR. DIVI. AUG. PRON. AUG. S. C. Pileus libertatis.

10. P. M. TR. P. III. COS. TERT. R. C. C. hoc eſt Ducenteſima Remiſſa: Svetonius. *Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit*: vectigal erat.

C. CAESAR. AUG. GERMANICUS. Caput Caji Caligulæ laureatum, non Germanici patris, ut Occo.

11. GERM. CAESAR. PULCHRO. III. VARIO. IIVIR. Caput Germanici.

C. CAESAR. GERMANICUS. AUG.

12. C. GN. ATEL. FLAC. GN. DOM. FLAC. IIVIR. Cajo Gneo Atellano Flacco, Gneo Domitio Flacco Duumviro, ſeu Duumviris. Ceſoniæ caput. Occo nummum hunc Tiberio adſcribit, & pro DOM. POM. reponit, ſed cum titulis, & vultu C. Caligulæ. Idem Occo, & Vitus Deæ Salutis eſſe caput opinantur; ſed ipſos arguit non ad divinitatem, ad ſimilitudinem verò Imperatricis vultus expreſſus; & diſſentio ab amico meo, qui Liviæ caput eſſe exiſtimat Caji Proaviam, cujus ipſe manſit contubernio, relegata matre Agrippina, & quam defunctam pro roſtris laudavit. Subdit verò Svetonius, Cajum adepto Imperio nullum honorem illi habuiſſe, ſic Liviam Auguſtam Proaviam *Vlyſſem Stolatum* identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad Senatum epiſtola arguere auſus eſt, quaſi materno Avo Decurione Fundano ortam. Addit Tacitus. *Vetus Auguſtæ odium recentem Liviæ conſcientiam exagitare, ut ſuperbiam Agrippinæ fœcunditate ſubnixam, popularibus ſtudiis inhiare dominationi, apud Cæſarem argueret*. Ad exemplum ergo Liviæ, honorem Ceſoniæ uxori Caji, ſub titulo Salutis tributum potius affirmarem à Colonia Hiſpaniæ ad ipſum Cajum gratificandum.

CLAU-

C L A U D I U S

E X Æ R E.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

1. SPES. AUGUSTA. S.C. Spei ſimulacrum. Sublato Cajo, omnium ſpe in Claudio ſita, imperium ejus ex voto ſucceſſurum, nam multa Senatui deferebat. Extat alius, ſed rarior nummus cum eodem titulo, & ſimulacro Spei, quæ dexteram porrigit Prætorianis, imperio recepto, Claudium Druſi filium Germanici fratrem optimum Principem futurum, ut Svetonius, Joſephus, & Dio. Florem Spes manu gerit, quem lilium Erizus opinatur ex illis Virgilii de Marcello.

Joſeph de bello Jud. l. 2. cap. x.

Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis.

Æn. 5.

Virgilius nullam de Marcello ſpem, ſed morem veterem deſcribit, quo exornabantur ſepulchra floribus, ſertis & in ejuſdem Marcelli morte.

Heu miſerande puer, ſi qua fata aſpera rumpas
Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis,
Purpureos ſpargens flores; animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

Sic Dioſcorides Epigrammatarius

Spargite ſuper tumulum alba lilia.

Anthol. ep. 6.

Antonius Auguſtinus trifolium frumenti aſſerit, quod primò emittunt ſata, illiuſque viride ſpem eſſe futuræ meſſis, quæ ſententia comprobatur ex onice Leonardi Auguſtini, in qua Spei ſimulacrum inciſum una manu præfert frumenti trifolium, alterà ariſtas, & ex achate etiam Abrahami Gorlæi, in qua aliud ſimulacrum Spei tenentis dextera trifolium, ſiniſtra anticam ſtolæ laciniam ſublevantis, ad ejus pedes vas cum ſpicis. Varro ſpicam a ſpe dictam dicit, unde ſpes pro reditu frumenti apud Veteres poni notat Joſeph Scaliger ad Tibullum.

Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris,
Semina quæ magno fœnore reddat ager.

Tranſlata eſt ſpes bonæ frugis ad ſpem futuri optimi Principis. Sublevat ſpes extremam oram tunicæ, ne ad pedes decidua greſſus moretur, & ſic incedit, nam propera ſpes eſt, nec quieſcit, donec deſiderii non fiat compos, & perveniat ad optatum finem. Adempta vero ſpe torpet immobilis animus, ut Terentius in Andria.

Itaque poſtquam adempta ſpes eſt,
Laſſus cura confectus ſtupet.

Spes etiam videtur laciniam extollere ne decidat, qui enim ſpe decidit, ſpem ammittit. Sed hunc ritum contrahendi ſtolam conſpicimus in Ægyptiis Diis.

NERO CLAUD. IMP. LURINO. VOLUMNIO IIVIR. Caput Juvenile cum ſceptro. Titulus, & nummus hic ad Neronem ſpectat, cujus vultum juvenilem refert cum ſceptro.

2. NERO. CLAUD. CAESAR. IMP. ET. OCTAVIA. AUGUSTI F. Auguſti filia,

Tac. annal. 12.

filia, hoc eſt Claudii. Duo capita invicem converſa Neronis, & Octaviæ, in quorum verticibus Sol, & Luna. Tacitus. *D. Junio Q. Haterio Coſs. ſexdecim annos natus Nero Octaviam Cæſaris filiam in matrimonium accepit*. Similem nummum percuſſit Colonia Romulenſis in honorem Auguſti, & Liviæ cum Sole, & Luna, Lurini & Volumnii Duumvirorum Coloniæ nomina integris litteris leguntur in pluribus nummis nulla vetuſtatis injuria corruptis. Occo legit. URINO pro LURINO. Triſtanus, Deos eſſe, Uranum Saturni patrem, Volumnium, ſive Volianum *bona volentem* commentatur. Angelonus triumviri monetalis nomen eſſe affirmavit.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
3. IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C. Spei typus.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
4. LIBERTAS AUGUSTA. S. C. Mulier ſtans dextera pileum tenet Libertatis typum occiſo Cajo, ut narrat Svetonius. *Senatus in aſſerenda libertate adeo conſenſit, ut Coſs. primo non in Curia, quia Julia vocabatur, ſed in Capitolium convocarent. Conſalutato autem Imperatore Claudio, Coſs. cum Senatu, & cohortibus Urbanis forum, Capitoliumque occuparunt aſſerturi communem libertatem. Sed Claudius Imperio ſtabilito nihil antiquius duxit, quam id biduum, quod de mutando Reipublicæ ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere*. Cuſus eſt nummus inter initia principatus ſub titulo, & ſpecie libertatis ad captandum populi ſtudium.

In Calig. In Claud.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
5. NERO. CLAUDIUS. DRUSUS. GERMAN. IMP. S. C. Triumphalis arcus cum equeſtri ſtatua, & Germanorum ſpoliis Druſo poſitus, de quo Svetonius. *Præterea Senatus inter alia complura marmoreum Arcum cum Trophæis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipſi, poſteriſque ejus*. Ovidius.

L. 1. Faſt.

Et mortem, & nomen Druſo Germania fecit.

Druſum hunc Tiberii Imperatoris fratrem, Tiberio Claudio Nerone genitum, enixa eſt Livia tertio menſe, quo tum gravida deſponſata fuit Auguſto. Hujus Arcus memoriam Claudius filius in nummo reſtituit.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
6. CONSTANTIAE. AUGUSTI. S. C. Dea Conſtantia galeata manum protendit, digitumque indicem intendit conſtanti geſtu, quo optime uſum Craſſum ex Cicerone refert Quintilianus. Tum digitus ille, quo uſum optime Craſſum dicit, explicari ſolet, is in approbando, & indicando, unde ei nomen eſt, valet, & allevata, & ſpectante humerum manu, paulum inclinatus affirmat.

Cic. de Orat. lib. 2. Quintilian. Inſt. l. xi.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
7. S. C. Minerva ſeu Pallas.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
8. EX. S. C. P. P. OB CIVES. SERVATOS. Ex Senatus Conſulto Patri Patriæ Ob Cives Servatos. Corona Civica ſublató Cajo, quæ poſita erat faſtigio Palatinæ Domus, ut ex Svetonio loquente de Victoria Britannica. *Atque inter hoſtilia ſpolia navalem coronam faſtigio Palatinæ domus juxta civicam fixit*.

CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
9. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. S. C. Simulacrum Druſi in ſella, infra Germanorum ſpolia. Svetonius: *fuiſſe autem creditur non minus glorioſi quam civilis animi, nam ex hoſte ſuper Victorias opima quoque ſpolia captaſſe*. Hic nummus percuſſus a Claudio in memoriam patris ut præcedens num. 5. idem Svetonius de Claudio. *Converſus hinc ad officia pietatis parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Circenſes annuos natali die*.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
10. IMP. D. AUG. REST. Pallas eadem. Nummus a Domitiano reſtitutus.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
11. IMP. D. VESP. AUG. REST. Pallas.

TI.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG.

12. C. C. I. P. D. D. Colonia Campestris Julia Babba Decreto Decurionum. Palma arbor ad denotandam Babbensium originem a Phœnicibus. In honorem Claudii hunc nummum percusserunt ei gratulantes ob victoriam contra Mauros rebellantes, de qua consule V. C. Vaillant.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Claudius stans cum simpullo, ut infra num. 16.

13. ANTONIA. AUGUSTA. Caput Antoniæ matris Claudii. De cognomine Augustæ, & de honoribus a Claudio filio decretis Svetonius: *Matri Carpentum, quo per Circum duceretur, & cognomen Augustæ ab avia recusatum*. Sed contra Dio, qui Augustam, & Divi Augusti Sacerdotem factam à Cajo scribit. Dioni assentitur idem Svetonius in Cajo. *Antoniæ aviæ quidquid unquam Livia Augusta honorum cœpisset, uno Senatus Consulto congessit*. Evenit forte quod Antoniæ honores, Caji sævitia abolitos, mox Claudius restituerit. In memoriam parentum Drusi, & Antoniæ Claudius & Ludos instituit, & templum posuit. Pius erga parentes & consanguineos fuit Claudius; ipsiusque nummus cernitur cum Antoniæ capite diademato, & velo obducto, eadem forma, qua Livia Augusta sub titulo Pietatis in nummo; in adverso laurea est cum inscriptione S. C. TI. CLAU. CAE. AUG. P. M. TR. P. Item alius græcus, qui ab uno caput Claudii exhibet ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΓΕΡ. ΣΕΒ. ab alio duo capita invicem se respicientia Neronis Claudii Drusi, & Antoniæ ΔΡΟΥΣ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΑΝΤΩΝΙΑ.

In Calig. & Claud.
Dio l. 60.
Plinius 35.
Svet. in Cajo.

S. C. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Inscriptio sine capite.

14. GERMANICUS. CAESAR. TI. AUG. F. DIVI. AUG. N. caput Germanici, qui frater fuit Claudii. Svetonius. *Ad fratris memoriam per omnem occasionem celebratam, comœdiam quoque græcam Neapolitano certamine dedit, ac de sententia Judicum coronavit.*

S. C. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Inscriptio sine capite.

15. AGRIPPINA. M. F. GERMANICI. CAESARIS. Caput Agrippinæ filiæ M. Agrippæ uxoris Germanici. Svetonius. *Ac ne Agrippinam fratris tui Germanici uxorem inhonoratam sine grata mentione transmisit*.

ANTONIA. AUGUSTA. Caput Antoniæ matris Claudii, ut num. 13.

16. S. C. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Claudius Sacerdotali habitu velatus sympulum tenet. Conversus erga matrem ad officia pietatis, parentibus inferias publicas &c. ex loco Svetonii sæpius allato.

GERMANICUS. CAESAR. TI. AUG. F. DIVI. AUG. N. Caput Germanici, ut num. 14.

17. S. C. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

AGRIPPINA. M. F. GERMANICI. CAESARIS. Caput Agrippinę, ut num. 15.

18. S. C. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

19. LIBERIS. AUG. COL. A. A. P. Liberis Augusti Colonia Augusta Aroe Patrensis. In honorem liberorum Claudii, quorum vultus expressi sunt in nummo. Hinc Antonia nata ex Ælia Petina, inde Octavia, in medio Brittannicus a Claudio suscepti ex Messalina. Infra duo copiæcornua ad indicandam sæculi imperiique felicitatem, & prolis ubertatem, nam sobolis propagandæ ex Augusti instituto optimas leges sanxit Claudius; constituit vacationem legis Papiæ Poppeæ & jus trium vel quatuor liberorum; quamvis ipsi infausta, ac funesta matrimonia.

20. TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. N. R. Manus, ex qua lances libratæ pendent litteræ singulares P. N. R. interprætatur Carolus Patinus in Svetonio *Pecuniam Nostram Restitutam*; alii *Pondus Nummi Restitutum*: nummulus parvus est, haberque sequens adversum.

21. S. C. PON. M. TR. P. IMP. P. P. COS. II.

TIBE-

ΤΙΒΕΡΙΟΣ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Tiberius Claudius Caesar Augustus.
22. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Germanicus Imperator Pater patriæ. Diana stans dextera Dianæ Polymammæ simulacrum, sinistra victoriolam tenet, Cerva ad pedes. Fortè ab Ephesiis percussus, qui & alios argenteos, ut infra. Extat Claudii nummus cum Dianæ Pergeæ simulacro ΑΡΤΕΜ. ΠΕΡΓΑΙΑ, & nummus Agrippinæ uxoris, qui refert Dianam gradientem præeunte Victoriola, & litteris ΑΚΜΟΝΕΩΝ.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
23. S. P. Q. R. P. P. OB. C. S. Senatus Populusque Romanus Patri Patriæ, Ob Cives Servatos.

CLAUDIUS
EX ARGENTO.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. Caput Claudii.
1.
ROM. ET. AUG. COM. ASIAE. Romæ & Augusto Communitas Asiæ. Templum ab Asiaticis Romæ & Claudio dicatum, quasi ipse imitatus sit modestiam Augusti, qui in nulla provincia templa nisi communi suo, Romæque nomine recepit. Svetonius de Claudio. *In semet augendo parcus, atque civilis, prænomine Imperatoris abstinuit, nimiosque honores recusavit.* In templo Imperatoris cernitur, & Asiæ siumulacrum cum copiæcornu, quæ ejusdem capiti coronam porrigit. Ephesi percussus nummus videtur latina inscriptione, ut sequens num. 3. Erat Ephesus prima Metropolis Asiæ portu, & emporio celeberrima, quò ex Grecia, & Italia conveniebant. Strabo.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P. Caput Claudii.
2. AGRIPPINAE. AUGUSTAE. Agrippinæ Claudii caput diadematum. De cognomine Augustæ Tacitus: *Actæ Principi grates, exquisitiore in Domitium adulatione, rogataque lex, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis transiret. Augetur, & Agrippina cognomento Augusta.* An. xii.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. IMP. P. P.
3. DIAN. EPHE. Dianæ Ephesiæ templum cum simulacro. Ephesi percussus, ut antecedens num. 1.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. X.
4. PACI. AUGUSTAE. Pax alata cum caduceo seu Victoria pacifera. Anguis Salutis, & Felicitatis genius, ut in Augusti nummo, cujus ab uno latere ejus caput IMP. CAESAR. DIVI. T. COS. VII. LIBERTATIS. P. R. VINDEX. ab alio laurea, intra quam Dea Pax manu tenet copiæcornu, prope ara est Salutis cum angue; & similes passim in nummis Diis, heroibusque dicati ex Ægyptiorum sacris. Quid vero Bulla, dependens è collo, ingenuorum ne, an triumphantium insigne, & amuletum? Torquem opinor fortitudinis præmium cum imagine Principis, ad instar bullæ seu auro, seu gemma insculpta, quam torqui adfixam, & è collo pendentem oculis inspiciendam obducit, & veneratur Pax. Nonnullos aureos nummos aureo circulo obductos, & circumclusos cum ansula sive anulo, catenulę quidem antiquitus nexos vidimus ad eumdem usum, Virtutis, & honoris insignia. Torquibus vero fuisse donatos milites a Claudio bello Brittannico testis est inscriptio Gavii Primipilaris apud Gruterum, cui adstipulatur Tacitus. *Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed cæteri pedibus in prætexta, Crassus frugi equo phalerato, & in veste palmata.* Antonius Augustinus in cæteris oculatissimus non vidit in hoc nummo, bullam è collo pendentem, velamen esse, quo Pax oculos obducit: asseruit, & anguem belli odiique indicem, quam opinionem satis superque exprobavit Tristanus contra doctissimum Gevartium in additamento ad ejus primum tomum. Erizus per anguem regionem intelligi autumat, & sic Britanniam a Claudio devictam, contra quam etiam opinionem & nos in Augusti argenteo num. 1. sequuti sumus.

5. Hic

5. Hic abſque litteris gladiatores exhibet mutuis ictibus ſe confodientes.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IMP. XI.

6. Jupiter cum fulmine, ac tridente, & ſeptem ſtellis. Jovem Neptunum interpretatus eſt Triſtanus ex Athenæo, cujus templum extabat in Ægypti urbe Milea, quo perventus Dorio quidam, cum interrogaſſet, cujus templum eſſet, reſponſum tulit à Sacerdote Ζηνοποσειδῶνος *Jovis Neptuni*. Juppiter apud Ægyptios idem fuit ac Nilus ex eodem Athenæo, idemque Oceanus ex Diodoro Siculo ab eodem Triſtano relatis in nummo Titi, cujus adverſum præfert Nili caput, quæ expoſitio valde convenit: uno enim eodemque Jovis nomine tres fratres appellati Jupiter Stigius, Jupiter niger Pluto, Jupiter tridentifer Neptunus. Dabantur etiam fulmina & manubiæ non Jovi tantum, ſed aliis Diis, & Deabus Saturno, Marti, Vulcano, Junoni, Palladi: unde myſticum ſimulacrum Jovis in noſtro nummo. Septem ſtellæ Plejades, ſeu potius ſpheræ ſeptem, quas ipſe comprehendit ex Macrobii doctrina, quæque in elementa virtutem inferant. Idem Triſtanus deducit ex fulmine, & tridente Claudium Neptuni, Joviſque auxilio Britannica victoria potitum, ſed obſtat titulus IMP. XI.

Ath. l. 8. cap. 5.

In ſom. Scipionis.

NERO. CLAUDIUS. DRUSUS. GERMANICUS. IMPERATOR. Caput Druſi laureati.

7. DE GERMANIS. Germanorum ſpolia, & trophæum. Cuſus eſt nummus a Claudio in memoriam patris.

C L A U D I U S

E X A U R O.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. XVI.

1. S. P. Q. R. P. P. OB. C. S. Civica.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. X. P. P. IMP. XVII.

2. PACI AUGUSTAE. Victoria pacifera ut in argenteis.

TI. CLAUDIUS. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. XVII.

3. CONSTANTIAE AUGUSTI. ut in æreis.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. GERM. P. M. TR. POT. P. P.

4. AGRIPPINAE. AUGUSTAE. Caput Agrippinæ laureatum.

TI. CLAUD. CAESAR. AUG. P. M. TR. P. IIII.

5. IMPER. RECEPT. Imperio, ſeu Imperatore Recepto. Caſtra prætoria. Occiſo Cajo Claudius a militibus Imperator ſalutatus, illatuſque caſtris imperium recepit, ut Svetonius, Dio, & fusè Joſeph. Caſtrorum iconographiam refert nummus cum mæniis, turribus, portis, & cuſtodiis; in medio Templum, in quo ſigna, & ſimulacra exercitus adorantur, ut refert Herodianus. Aquila ſignum Legionarium ex argento de more caſtris fixum eſt, indeque non amovebatur, niſi prius capto augurio cum ad prælium eſſet exeundum.

Herodian. l. 3.

NERO

NERO CLAVD.
DECVRSIO
ROMA
AVGVSTI
ANNONA
CERES
S · C
EX
AERE

NERO CLAVD.
EX AERE
F.II.

NERO CLAVD.
SC
ΠΕΡΙΝ
ΘΙΩΝ
QVINQ
ΑΥΤΟ ΚΡΑΕ
EX
AERE
F iii.

NERO CLAVD.
VICTORIA AVGVSTI
EX
AERE

NERO CLAVD.
SALVS
AVGVSTVS GERMANICVS
IVPPITER CVSTOS
VE STA
EX S C
ROMA
DCVR
EX
ARGENTO
FF I

NERO CLAVD.
AVGVSTVS GERMANICVS
VESTA
IVPPITER CVSTOS
EX AVRO
FFF.I

N E R O

E X ÆE R E.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

1. CONG. II. DAT. POP. S. C. Congiarium Secundum Datum Populo . Sedet in ſuggeſtu Imperator , & proximè in pulpito Adminiſter Largitionis calculos , ſive teſserulas nummarias populo dat . Eminet ſimulacrum Romæ galeatæ cum haſta , & victoriolà , nec longe adſtat aliud ſimulacrum Liberalitatis , quod ligneum fuiſse tradit Antonius Auguſtinus , titulum exhibens largitionis. Unus è populo gradus ſcalarum aſcendit, manumque protendit ad accipiendum munus ; pone ſequitur puerulus nudus , juxta deſcriptionem C. Plinii ſecundi in Panegyrico : *Adventante Congiarii die obſervare Principis egreſſum in publicum , inſidere examina infantium , futuruſque populus ſolebat : labor parentibus erat oſtentare parvulos , impoſitoſque cervicibus adulantia verba , blandaſque voces edocere .* De primo Congiario Neronis , adhuc vivo Claudio , poſt adoptionem , Svetonius . *Deductus in forum tyro populo Congiarium , militi donativum propoſuit ,* Tacitus in primo Conſulatu datum memorat . *Additum nomine ejus donativum militi , Congiarium plebi .* Secundum Congiarium accidit Neronis Conſulatu ſecundo , teſte eodem Tacito . *Nerone ſecundum . L. Piſone Conſulibus , plebeique Congiarium quadrageni nummi viritim dati , & ſeſtertium quadringenties ærario illatum , & ad retinendam populi fidem .* De hoc intelligit Svetonius . *Diviſis populo viritim quadragenis nummis .* Unde in noſtro nummo titulus Congiarii , nummarius habendus eſt , alioquin frumentarius , ſi daretur frumentum . Valentinianus , & Valens Impp. infigi fori gradibus fecerunt titulum æneum , qui panis modum , & nomen percipientis continebat . Plura infra num. 26.

Ant. Aug. dial.

NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

2. DECVRSIO. S. C. Non hæc illa puerilis decurſio , ſive Trojæ ludus , de quo Svetonius , & Tacitus , ſed militare equeſtre certamen , de quo idem Svetonius. *Deductus in forum Tyro populo Congiarium , militi donativum propoſuit , indictaque decurſione , Prætorianis ſcutum ſua manu prætulit .* Similis decurſio militaris cernitur in Hadriani nummo. Ab haſta verò , quam geſtare videmus equo decurrentes , decurſionis ludus dictus eſt haſtiludium , & Svetonius haſticos nominat græcè Xyſticos ab haſtili , quod ξυσόν .

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERMAN. TR. P. IMP. P. P. Caput Neronis laureatum , & palmæ ſurculus .

3. STEFAN. Auriga curru victor nomine Stephanus . Nummus percuſsus in contorniatorum officina . Stefan pro Stephan barbarum ſonat ; ſed qui modo Neronis , in aliis nummis Trajani exhibet effigiem . Triſtanus aurigantem Neronem ſub nomine Stephani , probare nititur .

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

4. ROMA. S. C. Romæ victricis ſimulacrum ſpoliis inſidentis cum victoriola , & parazonio .

IMP. NERO. CAESAR. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P.
5. ADLOCVT. COH. Nero paludatus è ſuggeſtu, vel in tribunali caſtrenſi, ſeu Prætorio alloquitur milites. De concione militibus habita poſt detectos, mortique adactos conjuratos Tacitus. *Quibus properatis Nero, & concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus diviſit.* Angelonus opinatur concionem habitam ad Cohortes à Nerone, comitante Burro, cum Imperator ſalutaretur, ſed cognomen Patris Patriæ, quod legitur in nummo, tunc recuſatum à Nerone, contrarium ſuadet.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
6. ROMA. S. C.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
7. SECVRITAS AVGVSTI. S. C. infra II Mulier, ſeu Dea Securitas inſidens ſellæ quieſcit in cubito. Securam quietem deſcripſit Virgilius.

Georg. 1.

At ſecura quies, & neſcia fallere vita.

Ara cum igne ſupplicationes, ſeu vota ſoluta pro Neronis incolumitate, & ſecuritate indicare videtur. In aliquibus Neronianis nummis ſignata eſt nota numerica I. & II. cujus exempla habemus in hoc ſecuritatis, in aliis Neronis Citharedi Victoriæ, & Macelli, quam notam numericam ad miſſilia, & teſſeras nummarias pertinere opinor, de qua ſatis in Auguſto diximus.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
8. AVGVSTI. POR. OST. S. C. Auguſti Portus Oſtienſis cum ſeptem navigiis. Hunc factum à Claudio, ſuum in nummis oſtentavit Nero, quod fortè exornaverit, vel perfecerit. Binæ extant in portu fauces: in antica Portuni jacentis, in poſticà Neronis ſimulacrum ſuper columnà. Sed de ipſo Portu difficultas oritur, cum pars Claudio, pars Trajano referatur. Unde animadvertendum eſt, Portum Oſtienſem duplici ſinu, ambituque coerceri, altero in continenti, intra quem effoſſa humo, per canale navigia immittebantur; altero in ipſo mari, duobus aggeribus, quaſi brachiis in littore excitatis. Exteriorem ſinum, & portum in noſtro nummo expreſſum, arenis hodie undique oppletum, a Claudio factum conſentiunt Antiquarii, Architecti, & Geographi; interiorem verò a Trajano additum autumant, ex antiquo Trajani nummo, qui portum Trajanum exhibet exagonum, ſive ſexangularibus lateribus circumductum juxta veſtigia interioris portus, qui & ipſe exagonus cernitur. Talem ediderunt Pyrrus Ligorius, Serlius, Labacchius, Du Peracchius Architecti, atque inter Geographos apprimè Cluverius, & Abrahamus Ortelius, qui ita ſcribit in ſuo Theſauro Geographico. *Idem teſtatur nummus meus æneus antiquus, qui Trajani Imperatoris effigiem, & in poſtica parte hunc portum depictum exhibet eadem formà, quà ipſum ruinis deformatum aliquando contemplati ſumus. Unde interior portus Oſtienſis Trajanus hodie nuncupatur, exterior Claudianus tantum Claudio tribuitur.* Quam ſententiam Cluverius fulcire conatur auctoribus, & inſcriptionibus, duaſque illuſtres profert, quæ extabant in ædibus Boccalinis ad viam Flaminiam, elapſis annis in demolitione ſublatas.

Cluverius Ital. ant. l. 2. Abr. Ortel. Theſ. Geograph.

Gruterus.

SALONI. CARPI. M. F.
SALONIAE. EVTERPE
SACERDOTI. M. D. M. PORT. AVG.
ET. TRAIANI. FELICIS. PATRONAE
SVAE. OPTIMAE. BENEMEREN
TI. FECIT. ET. SIBI. ET. SALONIO
HERMETI. SALONIO. DORAE. SA
LONIAE. TERTIAE. ET. EOR. FILIIS
PARS. DIMIDIA. INTRANTIBVS
LEVA

M. CVTIVS. RVSTICVS
TIBICO. M. D. M. PORTVS
AVG. ET. TRAIANI. FELICIS
FECIT. SIBI. ET. CVTIAE. THE
ODOTI. ET. LIBERTIS. LIBER
TABVS. POSTERISQ. EORVM
PARS. DIMIDIA. AD. DEXTRAM

Utraque inſcriptione legitur PORTVS. AVG. ET. TRAIANI. Intelligit de Portu Oſtienſi, conſonis utriſque nummis Neronis, & Trajani, in quorum uno AVGVSTI, in altero TRAIANI portus, & nomina adnotantur. Sed naufragatur in portu, cum longè diverſus ſit inſcriptionum ſenſus; loquuntur enim de Portu Coloniæ Auguſtæ Trajanæ Phrygiæ ab Auguſto deductæ, a Trajano ſup-

suppletæ, portuque nobilitatæ, quam ad Ægeum sitam autumat Tristanus. In una legitur SACERDOS, in altera TIBICO Magnæ Deum Matris: sic interpretandæ sunt litteræ singulares M. D. M. quæ Dea Cibeles est in Phrygia præcipuè culta, templumque ejus extabat in ejusdem regionis Colonia Augusta Trajana; unde in ambabus Inscriptionibus SACERDOTI. ET. TIBICO. M. D. M. PORTVS. AVG. ET. TRAIANI. Testis est nummus Septimii Severi cum simulacro Magnæ Deum Matris leoni insidentis in templo columnis quatuor instructo cum litteris ΑΥΓΟΥϹΤΗϹ. ΤΡΑΙΑΝΗϹ. Augustæ Trajanæ: hanc Trajanopolim idem Tristanus existimat, eademque Felix cognominabatur, ut aliæ illustres Coloniæ. Unde in utraque inscriptione PORT. AVG. ET. TRAIANI. FELICIS. Numquam Trajani appellationem Ostiensi portui appositam reperies; & e contra vel Augusti cognomen permansit, ut in nostro nummo, Portus Augusti, vel simpliciter portus, vel Portus Romæ, Portus Urbis, Portus Romanus nominatur. Xiphilinus ex Dione in Severo. *Cetus ingens adpulit in portum, qui Augusti cognomen habet.* Apulejus. *Romam versus profectionem dirigo, tutusque prosperitate ventorum ferentium, Augusti portum celerrime, & dehinc carpento pervolavi, vesperaque sacrosanctam istam civitatem adcedo.* Itinerarium antiquum maritimum. *Ab Vrbe Arelatum usque ad portum Augusti M. P. XVIII.* Hinc Dio postquam portum universum descripsit, concludit: *id opus ab eo, hoc ut a Claudio extructum portus nomen hodie quoque retinet.* Cæteros authores recenset idem Cluverius, qui notat sequioribus sæculis ipsum Portum dictum fuisse Phari portum. Centumcellensis autem portus a Trajano extructus auctoris Trajani cognomen obtinuit, ut ex descriptione Plinii Junioris his verbis: *Habet hic portus etiam nomen auctoris, eritque vel maximè salutaris.* Ptolemæus Τραϊανὸς λιμὴν *Trajani portus*, sic legitur in allato Trajani nummo PORTVS. TRAIANI, & hic pertinet ad Centumcellensem. Qui verò ipsum referunt ad Ostiensem, ducuntur sola conjectura similitudinis exagonæ, veterum testium omnino expertes, imò refragantibus auctoribus, & rationibus cunctis. Utrunque portum Ostiensem tam interiorem, quam exteriorem a Claudio ædificatum ex Dione comprobatur; quam sententiam secutus est Joseph Castalio Antiquitatum disertissimus interpres, & vindex, cujus multa præclara opera malo fato interiere: hæc ipse in explicatione Numismatum Ostiensis, & Trajani portus. *Non desunt, qui numisma Portus Trajani Ostiensis portus partem eam referre opinentur, quæ interior sit, quæque a Trajano addita portui Claudiano putetur. Eos ipse tota errare via censeo, nullis quidem veterum testimoniis nituntur. Eos redarguit in portubus extruendis priscorum consuetudo, & Cassius Dio, qui Ostiensem portum a Claudio factum cum scriberet, ejus quoque formam exposuit, duobus enim brachiis in aggerum morem excitatis conclusum mare, insulamque cum turri ante ostium extructam; atque in continentem introrsum altius effossam & circumquaque coædificatam mare immissum a Claudio fuisse scribit.* Sed verba Dionis proferamus τοῦτο μὲν γὰρ ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρὸν τό πέριξ πᾶν ἐκρηπίδωσε, καὶ τὴν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο. *Hunc enim locum continentis effodit haud parum, & totum circumcirca crepidine cinxit, & mare in hunc ipsum locum ingredi fecit.* Interior hæc Claudiani portus ædificatio: effodit Claudius humum, & mare immisit per canale in sinum interiorem, & circum circa crepidine lapidum firmavit. Sequitur τοῦτο δὲ, ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας, θάλασσαν ἐνταῦθα πολλὴν περιέβαλε. καὶ νῆσον ἐπ' αὐτῇ, πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ &c. *Deinde cum in ipso mari aggeres ex utraque parte magnos fecisset mare multum in ipso loco circumdedit, ibique insulam effecit.* Hæc Claudiani portus exterior pars aggeribus, quasi brachiis in mari excitatis, iisque iterum mare conclusum, cum insula, & turri unde noctu ignes emicantes signum nautis darent. Concludit vero absque ullo Trajani titulo τὸ ἐπιχώριον ὀνομαζόμενος, ὑπ' ἐκείνου τε ἐποιήθη. *Idque opus ab eo extructum portus nomen hodie retinet.* Evidentius etiam utramque Ostiensis portus faciem appingit Juvenalis de navigatione Catulli.

> *Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,*
> *Tyrrenamque Pharon, porrectaque brachia rursum,*
> *Quæ pelago currunt medio, longeque relinquunt*
> *Italiam; non sic igitur mirabere portus,*
> *Quos Natura dedit, sed trunca puppe magister*
> *Interiora petit Bajanæ pervia cymbæ,*
> *Tuti stagna sinus.*

Cluverius, ac vetus Juvenalis Scholiasta, hos versus ad Trajanum trahunt, quasi Satyricus sub Trajano vixerit: quod sanè non constat, imò legitur in ejus vita an-

Tristanus t. 2.

Xiphil. l. 71.

Apulejus l. 1.

Plin. Jun. lib. 6. ep. 31.

Ptolemæus.

Juvenal. Sat. xij.

an-

antiquitus descripta, exulem missum in Ægyptum à Domitiano, ibi statim angore periisse; cui sententiæ nequaquam faveo: cum enim Nerva exules actos à Domitiano revocasset in patriam, inter reduces annumerandus est etiam Juvenalis, qui initio Sat. VII. Domitianum carpit, & Nervam commendat à studio Poetices, incipit enim:

Et Sat. vij.

Et spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum;
Solus enim tristes hac tempestate Camenas
Respexit.

Sic ad ipsum Nervam Martialis,

Martialis lib. 12. ep 6. & lib. 8. ep. 70.

Contigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerva: licet toto nunc Helicone frui.

Nerva porrò poeticæ facultatis apprimè fuit studiosus, imò optimus Poeta; quem sui temporis Tibullum nominat Martialis, eidemque Nero suum poema commisit. Nervam igitur, non Trajanum poeta celebrat, & ad ejusdem vitæ descriptæ emendationem, quæ legitur in corpore Veterum Poetarum latinorum, hæc addita sunt optimo jure. *Temporibus Domitiani floruit, ad Nervæque tempora pervenit, quod ejus carmen plane indicat.* Quoniam verò ob breve imperium Nervæ unius anni, ac mensium quatuor, aliquis præsumere posset, Juvenalem facilè ad Trajani principatum pervenisse, is animadvertat etiam, ipsum Juvenalem octogenarium Urbe submotum fuisse à Domitiano: sed esto ætatem produxerit Satyricus ad imperium Trajani, quid inde? Silet, ac nullam prorsus Trajani laudem intexit in descriptione Ostiensis Portus, totus vero immoratur in amplificatione Claudiani exterioris, ad quem pertinent illa:

Vita Juvenalis in corpore veter. Poet. lat.

Tandem intrat positus inclusa per æquora moles,
Tyrrenamque Pharon, porrectaque brachia rursum,
Quæ pelago currunt medio, longeque relinquunt
Italiam, non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit.

Ingens sane amplificatio, describit Pharon, ac turrim celebrem erectam à Claudio in æmulationem Phari Alexandrinæ, moles, & aggeres in mari adeo extensos, ut poetica hyperbole dixerit, Italiam longe relinquere, atque Aphricam, quæ è conspectu est, trajicere; nec portus ab ipsa natura datos amplius admiratione dignos, cum structiles adeò sint admirandi. Sequitur Poeta descriptionem interioris portus absque ulla Trajani laude, ulloque poetico ornamento, stagna tantum nominat, quod minime fecisset, si ea tempestate vivens adhuc Trajanus portum interiorem ædificasset:

. . . . sed trunca puppe magister
Interiora petit Bajanæ pervia Cymbæ,
Tuti stagna sinus.

Grangæus in Juvenal. Sat. 12.

Grangæus Juvenalis Commentator ad illa-*porrectaque brachia rursum-errant, qui ab alio, puta Trajano, hunc portum auctum, ad quod τὸ-rursum-referre volunt. Imò rursum illud ostendit ultra Pharon rursum exporrecta, seu continuata brachia portus, nam ad ejus introitum turris extructa.* Observandus est etiam in nostro nummo portus Ostiensis exterior cum duabus faucibus, quibus, & a fronte, & a tergo pervius exhibetur; siquidem alterum latus mari objicitur cum simulacro Portunni, alterum adjacet interiori sinui, in quo simulacrum Neronis positum est; dubium inde non est, universum portum a Claudio perfectum, quod probat Dio in allata descriptione: *perfecitque magnanimitate, ac potentia Romana*; & paulo post, *id opus ab eo extructum portus nomen hodie quoque retinet.* Trajanum omnino silet. His infringitur vetus Scholiasta Juvenalis. Portum Augusti dicit, seu Trajani, quia Trajanus portum Augusti restauravit in melius, ac interius tutiorem sui nominis fecit. Scholiasta porro non minus in Trajano, quam in Augusto erravit, cum portus nihil ad Augustum, a J. Cæsare sæpe destinatus, ut inquit Svetonius, ac propter difficultatem ommissus, a Claudio extructus. Lapsus est etiam alter Scholiasta Horatii:

Scholiastæ, Juvenalis, & Horatii.

De arte poetica.

Debemur morti nos, nostraque, sive receptus
Terra Neptunus classeis aquilonibus arcet,
Regis opus.

Non tantum, ait, verba hominum intereunt, sed & homines, & omnia eorum facta, quod tribus continuis id probat exemplis, primum de portu Ostiensi; nam apud Ostiam civitatem Augustus mare irrumpens interclusit, & aggere terræ, ac lapidibus obstruxit, & portum ibi fecit. Horatius loquitur de Portu Lu-

Antonius Augustinus lib.

Lucrino. Nec eſt prætereundus Antonius Auguſtinus ambigens Neronis ne, an Auguſti ſit ſtatua ſuper columnâ in portu excitata, cujus altera manu lanterna pendens, navibus noctu illuceſceret. Statua enim ipſa haſtam, ſeu ſceptrum, & globum tenet. Plinius, & Svetonius turrim deſcribunt ad exemplar Alexandrinæ Phari. *Portum Oſtienſem excitavit Claudius, circumdato dextra, ſiniſtraque brachio, & ad introitum profundo jam ſolo mole objecta, quam quo ſtabilius fundaret, navem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Ægypto fuerat advectus, congeſtiſque pilis ſuperimpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos ignes navigia dirigerent.* Vincentius Scamozius Architectus, nulla ratione ductus, hanc Pharum cum brachiis portus Trajano adſcribit. Serlius verò interioris portus magnificentiam, dimenſiones, & commoda ita deſcribit italice. *Li Romani per la grandezza dell'animo ſempre cercarono di far coſe, le quali dimoſtraſſero, quanto eglino foſſero potenti, e generoſi in tutte le azzioni in mare, ed in terra; onde per lo comercio di Roma fecero queſto maraviglioſo porto di Oſtia, il quale veramente, & per la commodità, & per la grandezza degli edificj, & ſopra tutto per la fortezza ſua ſi può dire mirabile, & è di forma eſagona, cioè di ſei faccie, & ogni faccia è per lunghezza cxvi. canne, & ogni canna è palmi x. Da queſte principali miſure ſi potrà comprendere la grandezza ſua; ogni faccia aveva un ſpazioſo cortile con le loggie intorno, & quattro appartamenti di magazzini circondati dalle loggie con uno andito nel mezzo, & lungo la ripa ſu le acque erano per ordine tronchi di colonne, a' quali ſi legavano le navi, & alla bocca del porto erano aſſai torrioni per guardia de' nemici biſognando &c.* Forma ergo exagona placuit interioris portus, tutior, & accomodata ad exonerandas naves, atque ad ædificationem horreorum, & ſtationum. Hinc inferri poteſt Trajanum in Centumcellenſis portus extructione ſecutum Claudiani rationem, quod conjicitur ex ejus nummo, & ex deſcriptione Rutilii Numatiani, qui anticam, & poſticam ejus partem expoſuit.

Plin. l. 16. & 36.
Svet. in Claud.

Scamozius in Indice ad Serlium.
Serlius Architecturæ l. 3.

Rutilius Numant in Itinerario.

Nec poſuiſſe ſatis ſaxo navalia portu,
Ne vaga, vel tutas ventilet aura rates.
Interior medias ſinus invitatus in ædes
Inſtabilem fixis aera neſcit aquis. Imitatus Juvenalem *interiora ſtagna ſinus.*

Referendus eſt ergo nummus Trajani ad portum ſuum Centumcellenſem, non ad Oſtienſem Claudii; quamvis hodie exagona latera non recognoſcantur; nam Centumcellenſis a ſua prima forma amphitheatrali undique immutatus eſt; ſic enim idem Rutilius de Centumcellenſi

Molibus æquoreum concluditur anphitheatrum.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
9. S. C. ROMA.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
10. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria dextra lauream, ſiniſtra palmam, ſive Armeniaca ductu Corbulonis, ſive Brittannica ductu Svetonii, de quibus Tacitus.

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
11. ANNONA. AVGVSTI. CERES. S. C. Annona ſtans cum copiæcornu, Ceres ſedet cum face, & ariſtis, in medio ara ſeu menſa, ſuper quà modius, retro navis frumentaria. Hoc pulcherrimo ſymbolo uſi ſunt, & alii Imperatores. Occo pro Annona Fortunam deſcribit. Ad hunc nummum faciunt illa Taciti in diſſimulationem victoriæ Parthorum. *Quin & diſſimulandis rerum externarum curis, Nero frumentum plebis vetuſtate corruptum in Tyberim jecit, qua ſecuritatem Annonæ ſuſtentaret, cujus pretio nihil additum eſt, quamvis ducentas fermè naves in portu ipſa violentia tempeſtatis, & centum alias Tyberi ſubvectas fortuitus ignis abſumpſiſſet.*

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. P. P. P.
12. S. C. Victoria dextra clypeum votivum tenet, in quo S. P. Q. R. Victoria eſt Armeniaca, ob quam ſupplicationes, & vota publica pro Nerone à Senatu decreta. Tacitus. *Et abſceſſere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum, ſed apud Senatum omnia in majus celebrata ſunt ſententiis eorum, qui ſupplicationes, & diebus ſupplicationum veſtem Principi triumphalem.*

NERO.

NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERMANIC.
13. PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P. P. S. C. Nero citharedico habitu citharam pulſat. Hujus nummi Svetonius meminit. *Sacras coronas in cubiculis circum lectos poſuit, item ſtatuas citharedico habitu, qua nota etiam nummum percuſſit.* Talis habitus talaris fuit tunica aurea, & chlamis, ſeu lacerna purpurea: utramque exhibet nummus. Auctor librorum ad Herennium *uti citharedus cum prodierit optimè veſtitus palla inaurata indutus cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta cum corona aureà magnis fulgentibus gemmis illuminata.* Tunica ex textili auro puro fuit ſine alia materia, quo auro & Agrippina, teſte Plinio, incedebat paludata. Cl. V. Octavius Ferrarius in ſuo opere de Re veſtiaria difficile, ſibique mirum videtur, aurum ſine alia materia texi potuiſſe. Nos in noſtra Cimeliotheca textilis auri fragmenta adſervamus effoſſa in urna ſepulchrali viæ Appiæ, in qua terræ admixta puriſſima auri fila tunicę ad tenuitatem capilli reperta ſunt. De Nerone Citharedo Tacitus, & Dio, & alii plures, quos intra ad argenteum num. 2. percurremus.

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
14. S. C. Arcus quadrigà, victoriiſque inſignis Artaxata delata, Tiridate expulſo per Corbulonem Armeniaco bello. Tacitus. *Ob hæc conſalutatur Imperator Nero, & Senatus Conſulto ſupplicationes habitæ, ſtatuæque, & Arcus, & continui Conſulatus Principi.* Referri quoque poſſet ad Arcum alium in Captolio Neroni erectum bello Parthico, ut idem Tacitus. *At Romæ trophæa de Parthis, Arcuſque medio Capitolini montis ſiſtebantur, decreta ab Senatu integro adhuc bello.*

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
15. GENIO. AVGVSTI. S. C. Genius dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ ante aram. Auguſtorum Genius tantæ venerationi fuit, ut gravius ducerent per Genium Principis, quam Jovis pejerare, Minutius Felix: *Et eſt eis tutius per Jovis genium pejerare, quam Regis.*

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM.
16. PONT. MAX. TR. POT. IMP. P. P. Roma.

IMP. NERO. CAES. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT.
17. PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT. Jani templum à Nerone clauſum confirmat Svetonius: *Janum Quirinum clauſit, tam nullo, quam reſiduo bello.* Extat alius PACE. P. R. VBIQ. PARTA. IANVM. CLVS. Alius item cum ara Pacis ſubſcripto titulo ARA. PACIS. Nec falſo Nero Janum clauſit Britanniæ, Germaniæ, Armeniæ rebus compoſitis, cum Vologeſes Parthorum Rex Legatos de pace miſerit. Horoſius fragmentum Taciti producit ad probandum, ab Auguſto ad Veſpaſianum uſque Jani templum patefactum, & ſic à Nerone minimè clauſum fuiſſe. *Sanè Auguſto Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos novæ gentes, ſæpe ex uſu, & aliquando cum damno quæruntur, uſque ad Veſpaſiani duravit imperium.* Sed Tacitus ipſe contrarium ſentire videtur, Corbulone Legatos Tiridatis, & Vologeſis alloquente. *Imperatori ſuo immotam ubique pacem, & unum id bellum eſſe.* Unde Tiridates poſuit ad effigiem Cæſaris inſigne regium, quod poſtea Romæ reaſſumpſit à Nerone. Tanta fuit pax Neronis principatu, quanta unquam alias Populo Romano. Teſte eodem Tacito *claſſe vi tempeſtatis ad Miſeni promontorium amiſsà.* Nec multo poſt; *clades rei navalis accipitur, non bello, quippe haud alias tam immota pax.* Janum clauſum à Nerone innuit Lucanus in principio ſui operis, quod Nero Jovis exemplo gigantibus extinctis Populo Romano pacem attulerit, vaticinatur inde cum cœlum petierit, & Deus poſt mortem Romanis affulſerit, tunc mutuam fore humani generis pacem, & amicitiam.

Tunc genus humanum poſitis ſibi conſulat armis,
Inque vicem gens omnis amet: Pax miſſa per orbem
Ferrea belligeri compeſcat limina Jani.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Nero Claudius Cæſar Auguſtus. Caput radiatum.
18. ΓΑΔΑΡΑ. IMP. Gadera, quæ & Gaddara, & Gadaris nominatur, Urbs Decapolitanæ Regionis, contermina Judeæ, quam, ut ait Strabo, Judæi quoque ſuam faciunt. A Judæis ſubverſa, in gratiam Demetrii liberti à Pompejo magno inſtaura-

ſtaurata. Turrita appingitur tranſamnanæ regionis Metropolis. Gabinus Pompeji Præfectus, diſtributis in Judæa quinque juridicis Conventibus, Curiam ſecundam poſt Hieroſolymam in Gadara conſtituit, eamdemque primatu ſub optimatum regimine decoravit. Neronis principatu Gadarenſes accepta clade invicem affecerunt Tiberidas ſeditioſos, primatum ammiſſum ſibi vindicare ex integro molientes. Juſtus ipſorum agros incendit, & poſt Cæſarienſem victoriam, in Gadaram rurſus à Judæis incurſum eſt; cum Ceſtius nuncios in Achajam Neroni miſit belli causà Florum criminans. Hinc in noſtro nummo Gadara appicta eſt coronam præferens ex illis, quas Nero in Achajam, Græciamque tranſgreſſus, cithara, & cantu in ſacris certaminibus conſequebatur, vel ex aliis, quas ipſi mittere Civitates ſolebant. Quo argumento ſol inſculptus eſt ſuper corona, ut ſcilicet canendi, aurigandique præſtantia Neronem Solem ſignificaret, qui Sol dici, & haberi voluit, ut infra in hiſce tabulis. Sub Nerone ipſo urbs Gadara ſeditioſis diſtructa, & ſubverſa, inſtaurata eſt a Veſpaſiano expulſis, interemptiſque ſeditioſis; eademque cornucopiæ manu tenet propter ubertatem rerum omnium in Cæleſyria regione a Strabone laudata. Compendiaria nota ΙΑΑΡ. Samariam ſignificari videtur unde ΣΑΜΑΡΙΑ & ΓΑΔΑΡΑ pro ΓΑΔΑΡΙΝΩΝ & ΣΑΜΑΡΕΩΝ Gadarenorum, & Samaritarum. Samaria non longè ab Gadara poſita eſt in confiniis Galilææ: hæc à meridie Samaritis, ab Oriente Gadaris terminatur. Utramque habemus in nummo propter illam ὁμόνοιαν concordiam, & ſocietatem mutuam frequenter in nummis ſignatam inter ſocias Urbes, imo ἀδελφιξίαν propter concordiam nuncupatas cenſeo, quemadmodum Samaria ipſa, & Sodoma ſorores Hieruſalem appellantur in Ezechiele, ad quem locum Divus Hieronymus. *Sorores autem Hieruſalem Samariam, & Sodomam, quarum altera a ſiniſtra, altera à dextris.* Sic Apamea, & Laodicea Syriæ, Laodicea, & Seleucia ſorores propter concordiam, & amicitiam nuncupatæ. Sic Uticam Cartaginis Sororem dixit Tertullianus.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.

19. Dea Salus lectiſternio incubans. Hic nummus contorniatus eſt. De lectiſternio Diis malorum depulſoribus primum apud Romanos inſtituto conſule Plinium. Hoc ipſum lectiſternium cernitur in alio nummo cum Trajani capite quem edidit Angelonus cum litteris. OLIMPIAS. REGINA. Natalis magni Alexandri monumentum Ammonio ſerpente Olympia pregnante.

Plin. l 5.

NERO. CAESAR. AVG. GERM.

20. ADVENTVS. AVGVSTI. C. P. Erizus, à quo Vicus, & Occo, hunc nummum mutuati ſunt, reditum Neronis ad Urbem ex Græcia poſt muſica certamina C. P. Græcia Peragrata interpretatur. Occo Gaudium Publicum. Sed littera C. genuina in G. mutata eſt. Corrige C. C. Colonia Corinthus, in qua fuit cuius nummus: in alio legitur integris litteris ADVENTVS. AVGVSTI. L. C. Laus Corinthi, in alio ADVENTVS C. COR. Colonia Corinthi, in alio ADVEN. AVG. CLEANDER. Non ergo peragrata Græcia ad Urbem reditus, ſed Corinthi adventus, cum Nero Achajam, Græciamque tranſgreſſus, ſacras coronas adipiſcendi ſtudio Corinthum appulit, emporio, & portubus nobiliſſimam Coloniam; nam portus duos habuit, alterum Italiæ, alterum Aſiæ obverſum. Unde maxima hominum frequentia, ac divitiis adagio locus. *Non eſt Corinthum adire cuivis integrum.* Muſonius apud Lucianum. Neronem igitur in Achajam via ducebat, & illud jam, quod ſibi ipſi vehementer perſuaſerat, ne muſas quidem dulcius modulari. Volebat autem & Olympiis (quod certamen omnium maximè exercitiis frequentatum) canendo coronari; nam quæ in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad ſe magis, quam ad Apollinem pertinere putabat. In Iſthmo urbs ſita eſt, perfodere navigabili alveo tentavit Nero. Svetonius. *In Achaja Iſthmum perfodere aggreſſus Prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus eſt, tubaque ſigno dato primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.* Anteaquam vero ad perfodendum Iſthmum proficiſceretur, Corinthi progreſſus in Sænam, Amphitrites, & Neptunni, cui ſacra Iſthmus, hymnum cecinit, & canticum Melicertæ, in cujus honorem Iſthmia inſtituta fuere. Cepta deinde effoſſione Corinthum rediit, ut idem Muſonius. Iſthmia à Nerone celebrata præter Lucianum, & Svetonium docet alius nummus, qui in poſtica refert quadrigam aurigante Nerone capite radiato, hoc eſt Apollineo cum litteris Q. FVL. COR. alius item, qui clypeum exhi-

exhibet cum litteris ISTHMIA circa clypeum IVLIO. POLVRENO. IIVIR. COR. De discessu Neronis ex Achaja, & Corintho ita Svetonius. *Decedens inde, provinciam universam libertate donavit, simulque Judices civitate Romana, pecunia grandi: quæ beneficia è medio stadio, Isthmiorum die sua ipse voce pronunciavit.*

Svet. Pausan. Achaja.

NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. P. P.

21. MAC. AVG. S. C. Marcellum Augusti. Hujus meminit Dio. *Forum obsoniorum, quod uno verbo Macellum dicitur, dedicavit.* Antonius Augustinus de Macello ambigit, refertque inscriptionem cum ædificio ad Auream Domum Neronis commutata littera C. in G. MAG. AVG., cui subintelligitur DOMVS. *Magnæ Augusti Domus.* Sed perfecta satis in omnibus est littera C. non G., & quamvis olim littera C. pro G. acciperetur, usum obtinuit rudioribus sæculis ante Neronis ætatem, & Duilii ævo CARTACINENSIS. LECIONES. MACISTRATOS, pro Cartaginenses Legiones, Magistratus, ut in inscriptione Columnæ rostratæ eidem Duilio dicatæ in foro Romano, cujus basis inscriptæ fragmentum hodie conspicitur in Capitolio. Ædificium, quod in nummo expressum est, tholum habet juxta Varonem apud Nonium. *Et pater Divum trisulcum fulmen igni fervido actutum mittat in tholum Macelli.* Structuram Macelli exhibet antiqua icnographia Urbis Romæ, cujus fragmenta effossa sunt ex marmoreo pavimento templi Romuli ad Viam Sacram, nunc Sancti Cosmæ, & Damiani. In eodem pavimento universa Urbs fuerat descripta sub Aureliano, qui pomerium auxit. Conspicitur Macelli frons cum latere uno porticibus, & columnis conclusa: intra porticus spectantur tabernæ obsoniorum quadratæ; itaut singulæ quaternæ semitis discretæ insulam efficiant., ac legitur titulus integris litteris MACELLVM. Hoc fragmentum cum reliquis frustis adservatur in Ædibus Farnesianis, ab Andrea Bufalino accuratissimo recentis, ac veteris Urbis Icnographo delineatum. In nostro nummo non universum Macellum, sed frons nobilior tantum signata est, in medio tholus, in quo Neronis simulacrum, porticibus utrinque concameratione duplici juxta normam a Vitruvio traditam. Nec deest auctoritas ad probandum, Macellum ipsum extructum à Nerone, ut scribit Angelonus Antonii Augustini sententiam secutus de Aurea Domo; nam satis superque est Cassius Dio loco citato.

Nonius in verbo falus tit. de impropriis.

Vitr. l. 5. cap. 1.

Dedicatio porro non tantum ædium, & sacrarum rerum, quæ Numinibus, Heroibusque sacrabantur, sed & profanorum ædificiorum ad publicum usum: dedicabantur Domus, circi, theatra, amphitheatra, thermæ, gymnasia, aliaque. Talis dedicatio nil aliud erat, quam opera publica, seu Principis perfecta, absolutaque, cum usui esse cæpissent, populo exhibere, ut discimus ex Divo Chrysostomo. Dedicatio utendi initium facit. Puteolis pontem Caligula, domum, thermas, gymnasium Nero, amphitheatrum Titus dedicavit. Dedicationes vero maximo apparatu, ac magnificentia celebrabantur. Statilius Taurus in Campo Martio Theatrum suis sumptibus absolvit, ejusque dedicatione munus gladiatorium exhibuit. Titus munere apparatissimo amphitheatrum dedicavit quinque millia ferarum occisis. Nec abs re hæc adnotavimus de Macelli dedicatione a Dione tradita; nummus sanè Macellum exhibet sertis exornatum, quæ in festis apponi consueverant, & nummum ipsum in Dedicatione Macelli cusum verisimile est. Sic Tiberius dedicavit Macellum Livianum in honorem Liviæ Augustæ, ut recte interpretatur Famianus Nardinus ex ipso Dione: Et dedicavit locum Livium nuncupatum una cum matre, ipseque invitavit Senatum in Capitolium, & mater mulieres privatè invitavit. Idem Nardinus verisimili conjecturà infert, quod Nero ædificaturus vestibulum aureæ Domus occupato Cupedinis foro, quod erat Macellum prope viam sacram auxerit Macellum magnum in monte Cælio. Verisimilius tamen videtur à Nerone vel denuo constructum, vel instauratum haustum Neroniano incendio, quod, ut inquit Tacitus. *Plana primum deinde in ædita assurgens Cælium proximum corripuit.* Initium in ea parte Circi ortum, quæ Palatino, Cælioque montibus contigua est. Absumptum itaque incendio Macellum in monte Cælio ædificavit Nero eo animo, quo nunquam mediocra excogitavit, sua magnitudine magnum, sive per anthonomasiam Macellum dictum, ut in eadem icnographia. Neç accedo ad Nardini sententiam, qui rotundam Sancti Stephani ædem in monte Cælio antiquum Macellum opinatur, cum oblonga, & longe diversa sit Macelli structura in eadem icnographia, & in nummo descripta.

Chrys. ep. ad Hebreos.

Dio l. 51.

Cassiod. in Chron.

Nardin. l. 4. cap. 3.

ΝΕΡΩΝ.

ΝΕΡΩΝ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. Nero Claudius Cæsar Augustus Imperator, in alio legitur ΚΑΙΣΑΡ. ΝΕΡ. caput Neronis corona radiata.

22. ΡΟΔΙΩΝ. Rhodiorum Victoria rostro navis insistens cum corona, & palma. Opinatur Erizzus, hunc nummum a Rhodiis cusum Neronis adolescenti ætate, cum pro Rhodiis in Senatu græcè peroravit; sed contrarium suadent inscriptionis tituli AVGVSTVS. GERMANICVS. IMPERATOR. rerum potiente Nerone post mortem Claudii, cum pro Rhodiis peroraverit Nero Cæsar tantum adhuc vivo Claudio. Coronam & palmam præfert Victoria ex iis, quas Civitates ad eum mittebant ob Olympicas victorias & musicos agones, de quibus abundè Svetonius. *Instituerant Civitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharœdorum coronas ad ipsum mittere: eas adeo gratè recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret.* Rosa ad pedes Victoriæ Rhodi typus, res est nota. Græci ῥόδον rosam nominant. Tristanus pro rosa craterem ponit, Erizzumque notat: nos in integro nummo rosam observavimus. Rhodum adeo dilexit Nero, ut ad onerandam invidia matrem, quasi cessurus imperio, Roma discedere, Rhodumque abiturus insimularet; cum etiam ex Delpho, aliisque fanis donaria substulisset, Rhodo tantummodo pepercit, ipsamque urbem sacrosanctam habuit.

Svet. in Nerone.

Dio Chrysostom. orat. 31. & 33.

NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

23. DECVRSIO. Nero decurrens præeunte signifero.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M. Neronis caput, & palmæ surculus.

24. Imperator equo vectus in hostes stratos hastam intendit. Hic nummus est contorniatus.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Nero Claudius Augustus Germanicus.

25. ΖΕΥΣ. Jovis caput.

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

26. CONG. II. DAT. POP. S. C. Congiarium Secundum Datum Populo. Non tantum primum Congiarium in foro dedit Nero, ut ex Svetonio observavimus num. 1. sed etiam secundum, cum fori porticus nummus exhibeat: fori aream porticus claudebant ex Vitruvio, Livio, aliisque. In foro ludi, & spectacula edebantur, ubi frequens populi multitudo, & ad jura conveniebant. Unde Svetonius allatus de Nerone. *Deductus in forum Tyro populo congiarium, militi donativum proposuit, indictaque decursione Prætorianis scutum sua manu prætulit.* Simile apud Lampridium in Commodo *adhuc in prætexta puerili congiarium dedit, atque ipse in Basilica Trajani præsedit, quæ erat in foro.* Congiarium etiam, seu alimenta data à Trajano in ipsius foro indicat marmor anaglypthicum in ejus Arcu, nunc Constantini, in quo cernuntur fori porticus à nobis prætermissi in notis ad Romanarum Antiquitatum vestigia. Differt hic à primo jam exposito nummo. Sedet Imperator in suggestu; infra Administer titulum largitionis præbet, accedit unus è populo, in ædito Roma stat cum hasta, & victoriola.

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. IMP.

27. S. C. in clypeo, & laurea.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.

28. Venator aprum adoriens: nummus est contorniatus similis Titi, atque Trajani.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.

29. Nummularius sive mensarius. Nummus est contorniatus.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΑΥΤΟΚΡΑΤ. Nero Claudius Cæsar Augustus Imperator.

30. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Perinthiorum Citharœdorum Corona à Perinthiis missa, apud quos musici agones edi solebant. Nummi extant Severi, atque Antonini ejus filii cum mensa, & præmiis victorum, litterisque ΑΚΤΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Perinthus est Thraciæ Urbs Philippi obsidione nobilis, de qua Diodorus Siculus, Tzezes, & Geographi.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.

31. EVTHYMIVS. Victor curru. Quamvis nummus ſit contorniatus, victorem tamen Olympicum refert. Euthymio Locri in Italia fuit patria, ut tradit Plinius. Hic ſemper in Olympiis victor, & ſemel victus, unde imago ejus Olympiæ & Locris: ſed nihil Euthymius ad Neronem, neque ad Trajanum, in quorum nummis contorniatis victor quadriga exhibetur. Triſtanus opinatus eſt, utrumque Imperatorem Circenſibus victorem ſub Euthymii nomine; nummi autem contorniati, ut diximus, ſequioribus ſæculis cuſi ſunt. Legitur in nummo Trajani TRAIANVS. P. F. AVG. Nunquam Trajanus *Pius Felix* cognominatus: Pii cognomen Antonino, *Felicis* Commodo ex Auguſtis primo datum.

Plin. l. 7. cap. 47.

NERO. CLAVDIVS.

32. Bacchi currus. Erizzus Cybelis currum deſcripſit. Sed nihil ad Neronem, cum nummus ſit contorniatus, idemque cum Trajani capite.

33. Templum ΟΝ. ΓΑΛΑΤΩ. Cum litteræ nimis corruptæ ſint, videant, qui habent integrum nummum. Quantum vero conjectare licet, corrigenda eſt inſcriptio, ac etiam ſupplenda ΚΟΙΝΟΝ. ΓΑΛΑΤΙΝΩΝ. Communitas Galatarum. Extat nummus Trajani cum eadem inſcriptione, & templo. Galatia Ponto, & Cappadociæ adjacet, Paphlagoniam attingens, quondam Tetrarchia, ut docet Strabo. Templum vero ſeu Neroni, ſeu Trajano dicatum eſt.

Strabo l. 12.

NERO. CAES. AVG. IMP.

34. CERTA. S. QVINQ. ROM. CO. Certamen Sacrum Quinquennale Romæ Conſtitutum, *ſeu*. Certamina ſacra quinquennalia Romæ conſtituta. Male Erizzus Certamen ſacrum quinquennale Romæ conditum. Menſa ſuper qua phiala, ſeu crater victorum præmia. De hoc certamine Svetonius, Dio, & Tacitus. *Nerone IIII. Cornelio Coſſo coſs. quinquennale ludricum Romæ inſtitutum eſt ad morem græci certaminis*. Svetonius. *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more græco triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre, quod appellavit Neronia*. Ad exemplar Græci certaminis ſeu more Græcorum, Lipſius. *Exemplar autem, credo, Nero ſumpſit à Neapolitis*, de queis Strabo. Levinius Torrentius. *Hoc ergo eſt, quod Svetonius Romæ primum inſtitutum refert, nam & Neapoli erat*. Et ſic probare nititur Petrus la Sena in ſuo eruditiſſimo Neapolitano Gymnaſio, Neronem ad exemplar Neapolitani certaminis Romæ ſuum quinquennale Ludricum inſtituiſſe. Verba Strabonis ſunt Neapolim deſcribentis. *Hoc tempore ſacrum quinquennale certamen Muſicum, & Gymnicum per aliquot dies agitur ludis Græcorum nobiliſſimis æmulum*. A ſummis viris non diſſentio, Neronem in inſtituendo ſuo Gymnaſio rationem habuiſſe ad celebre, Romaniſque obvium Neapolitanum, ſed non adeo in hac ſententia manendum eſt, ut præterierit Penteterides Olympicas, & Pythias ubique terrarum decantatas, à quibus cuncta certamina quinquennalia, & Neapolitana ipſa emanarunt, & ad quæ Romani confluebant. Colligitur ex eodem Svetonii loco, ubi commemorat Veſtales ab ipſo Nerone ad ſpectaculum vocatas exemplo Cereris Sacerdotum, quibus Olympiæ ludis intereſſe licebat. Ad Atletarum ſpectaculum invitavit Nero & Virgines Veſtales, quia Olympiæ quoque Cereris Sacerdotibus ſpectare conceditur. Quinquennale Neapolitanum Auguſto ſacrum, de quo Strabo, Muſicum, & Gymnicum fuit: Neronianum vero Muſicum, Gymnicum, & Equeſtre ad exemplar Pythiorum, de quibus idem Strabo. Certamen apud Delphos antiquitus fuit Citharedorum Pœanem in laudem Dei canentium, inſtitutum a Delphis poſt Criſſæum bellum. Sub Euriloco autem Amphictyones equeſtrem, & Gymnicam concertationem inſtituere, corona victori præmii loco propoſita, & Pythia nominaverunt. Pythia confirmat noſter Neronianus nummus, qui exhibet menſam duobus gryphis inſtructam: Gryphes autem Apollini ſacri ſunt. Adſervatur Pariſiis, in Eccleſia Sancti Dionyſii pretioſiſſimus crater ex achate Bacchi myſteriis inſculptus, a Jo. Triſtano exhibitus, commentariis omni eruditione refertis illuſtratus. Inter Dionyſiaca argumenta conſpicitur Apollinis caput laureatum, & menſa huic noſtræ ſimillima cum Gryphis, cui impoſita ſunt pocula, vaſa, & alia Bacchi myſtica. Rationem vero, qua in Dionyſiacis ludis Apollinis menſa, & tripos adhiberetur, docet Nonius ex Olympicis, Pythiiſque certaminibus, quæ Bacchus in India inſtituit in funere Ophelitis more Græcorum. Propoſuit prima, & ſecunda præmia coronas, crateras, phialas,

Menſa Delphica, ex Scholiaſte, Horatiano idem Abacum, & Delphicam, quia Delphi ejuſmodi menſæ, in quibus impoſita donaria Apollini ſacræ.

las, & pocula aurea, argentea. Calixenus Rhodius apud Athenæum in descriptione pompæ Dionysiacæ Ptolæmei Philadelphi memorat tripodes aureos, & argenteos Delphicos ductos, quæ pompa sane fuit quinquennalis ludus. Quamvis ergo Baccho sacra pompa illa, Pythiis tamen mysteriis erat referta; nam incipiebat diluculo ad vesperam, omniumque princeps incedebat Luciferi imago, Hesperi novissima: huc referri etiam potest, quod Bacchus, & Sol unus, & idem sunt. Exposuimus Gryphes Apollinares, & coronam, & phialam victorum præmia, quæ super mensa posita sunt in nostro nummo; infra vero clypeus cernitur secundum, seu tertium munus. De clypeis idem Nonius.

Clypeus cestu certantium, clypeus præmium lucta.

Nonius l. 33.

Æneas in ludis funereis Anchisis dat Niso clypeum victoriæ præmium: dabantur etiam loricæ, gladii, spicula, & arma Victoribus. Vas in nostro nummo ab Ænea Vico delineatum purum est, nullo emblemate decoratum, quale in aliis exhibetur, licet nummulus ob parvitatem cœlaturæ argumentum non satis demonstret. Ex vetere autem consuetudine præmia Pythiorum ponebantur super tripode. Athenæus coronas aureas vitigineas positas fuisse super Delphicis tripodibus memorat. Pausanias super mensa constituit inter Donaria Olympia. *Aureus item tripos ibidem est, super quo, victoribus prius quam mensa erigeretur, coronæ ponebantur*; & paulo post. *Et mensa super qua victoribus coronæ deponuntur inter donaria.*

Virg. l. 5.

Pausf. l. 5. Eliac. Athen. l. 5. & l. 2. cap. 7.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Nero Claudius Augustus Germanicus. Caput radiatum.
35. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Imperator LΙΓ. anno decimo tertio. Serapidis caput.

NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. ☧ Neronis caput.
36. Draco, sive Esculapius ad aram Salutis. Nummus contorniatus.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΝΕΡΩΝΟΣ. Caput Neronis.
37. ΣΑΒ. ΠΟΠΠΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤ. Sabinæ Poppææ Augustæ caput LΙ anno decimo, in aliis LΙΑ. ΧΙ. Concinnis, seu calamistratis crinibus exornatur Poppææ caput, quos succinos ob pulchritudinem carmine laudavit Nero. Plinius. *Domitius Nero in cæteris vitæ suæ portentis, capillos quoque conjugis suæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine succina appellando. Et quoniam nullis vitiis desunt pretiosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos cœpit expeti à matronis.*

Plin. Nat. hist. lib. 37. cap. 3.

ΝΕΡΩ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Neronis caput.
38. ΑΥΤΟΚΡΑΤ. LΙΒ. Imperator anno decimo secundo. Caput Aphricæ cum Elephantis proboscide. Nummus Alexandriæ cusus est: in alio legitur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. LΙΓ. Caput Neronis anno decimotertio.
39. ΤΙΒΕΡΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. Tiberius Cæsar. Nummus in Ægypto cusus: extat alius, qui ab una caput Neronis, ab alia Augusti, à Tristano editus.

40. ΙΟΥΔΑΙΑC. ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. Judæa capta. Sic corrigendæ corruptissimæ litteræ ab Ænea Vico descriptæ. Victoria scribens clypeo ad palmam arborem. Hic ad Vespasianum, seu Titum pertinet.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
41. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. infra II

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. LΙΒ. Caput radiatum Neronis, pharetrato humero tenus Apollinis habitu.
42. ΑΚΤΙΟΣ. ΑΠΟΛΛΩΝ. Actius Apollo, non togatus, & citharædus, qualis in Augusti nummis, sed pharetratus. In alio simili pro Actio legitur Pythius ΠΥΘΙΟΣ. ΑΠΟΛΛΟΝ, idemque Actius, & Pythius: unde frequens in nummis Actia Pythia, hisque titulis Apollini sacra quinquennalia.

NERO

NERO

EX ARGENTO, ET AURO.

NERO. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS.

1. ALVS in fubfellio dexterà pateram tenet. Detecta conjuratione Pifoniana, mortique adactis conjuratis, decretum, ut templum Saluti extrueretur eo loci, ex quo Scevinus ferrum prompferat ad occidendum Neronem. Crimini etiam datum Thrafeæ Peto, nunquam pro falute Principis, aut cœlefti voce immolaviffe, auctore Plinio.

Tac. an. l. 15. 16.

NERO. CAESAR.

AVGVSTVS. GERMANICVS. Radiatus Nero ad imaginem Apollinis. Opinatur Occo, fimulacrum effe Claudii patris, fed infcriptio ab utroque latere nummi NERO. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. Neronem fignificat, abfque titulo Divi, qui Claudio Diis affumpto deberetur. Dextera Nero lauri ramum tenet, finiftra victoriolam, quæ victoria eft cantus, & citharæ. Apud Senecam fic de ipfo Phœbus.

Sen. Apocolocynthofi. Tacit.

Ille mihi fimilis vultu, fimilifque decore,
Nec cantu, nec voce minor.

Apollinis nomine fuum ludricum cohoneftabat Nero. Tacitus. *Nec minus fœdum ftudium cithara ludricum in modum canere cum caueret, quod Regibus, & antiquis ducibus factitatum memorabat; idque Vatum laudibus celebre, & Deorum honori datum. Enim verò cantus Apollini facros, talique ornatu aftare non modo Græcis in urbibus, fed Romana apud templa numen præcipuum, & præfcium.* Supra tamen Pythium Oraculum Neronem vel laudat, vel eludit Lucanus.

Lucanus l. 1.

Sed mihi jam numen, nec fi te pectore vates
Accipiam Cyrrhea velim fecreta moventem
Sollicitare Deum.

Lucianus.

Hanc temeritatem arguit Mufonus apud Lucianum. Nam quæ in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad fe magis, quam ad Apollinem pertinere putabat. Subnectam pulcherrimum epigramma Antiphili, fic Urbe Rhodo alloquente, reddita fibi libertate.

Floril. var. epig. l. 5.

Qui prius Solis jam, Cæfaris Rhodus fum
Infula, æqualem vero jacto lucem ab utroque.
Jam vero obfcuratam me novus illuminavit radius.
O Sol, & juxta tuum lumen refplenduit Nero.
Quomodo dico? cui prius debeo? ille enim demonftravit
E' mari: hic vero jam liberavit mergendam.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.

3. IVPPITER. CVSTOS. Juppiter in fella cum fulmine, & fceptro. Capitolinus cuftos dictus.

NERO. CAESAR. AVGVSTVS.

Artemidorus.

4. VESTA. Templum Veftæ. In plurimis Imperatorum nummis templum, & fimulacrum Veftæ impreffum eft, quod æternitatem Imperii à Dea pendere arbitrabantur. Unde ignem Veftales fervabant, Artemidorus. Svetonius de Nerone. *Ipfo profectionis die*, loquitur de Alexandrina peregrinatione, *deftitit, turbatus fimul religione, & periculo, nam cum circuitis templis in æde Veftæ refediffet, confurgenti ei primum lacinia obhæfit.*

NERO. CAES. AVG. IMP.

5. PONTIF. MAX. TR. P. III. Corona quernea, in qua EX S. C.

ΝΕΡΩΝΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

6. Aquila fulmini infiftens. Nummus cufus eft Alexandriæ. Similes Ptolemæorum: hic major eft confuetis Romanis argenteis, italice *medaglioncino d'argento*. Infra

Infra Aquilam legitur ΕΤΟΥΣ. ΝΕΟΥ : Ex Pinacotheca Camilli Maximi Patriarchæ Hierosolymitani.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. GER. IMP.
7. ROMA. Romæ sedentis simulacrum.

NERO. CAESAR. AVG. GERM. TR. P. P. P.
8. AVGVSTVS. AVGVSTA. Augusti, & Liviæ simulacra interpretantur Occo, & Hemmelarius, sed hi advertere debuissent *Divi* titulum deesse, necessario ipsis præponendum. Alter Nero est capite radiato, scilicet Apollineo, sceptrum & pateram tenens. Altera Poppæa utero tenus denudata copiæcornu, & patera, ut Dea Fœcunditas. Explicat hunc nummum Tacitus. *Memmio Regulo, & Virginio Rufo Coss. natam sibi ex Poppæa filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, appellavitque Augustam, dato & Poppææ eodem cognomento. Locus puerperio Colonia Antium, ubi ipse generatus erat. Jam Senatus uterum Poppææ commendaverat Diis, votaque publica susceperat, quæ multiplicata, exolutaque, & additæ supplicationes, templumque Fæcunditati & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum.* Inculcaverat antea Nero Octaviam sterilitatis, seque cum Poppæa matrimonio junxerat, ex qua suscepta filia, appicta est Poppæa ipsa sub imagine Fecunditatis cum titulo Augustæ, ut ex Tacito accipimus, & ex hoc nummo prospicimus. An. XV.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. P. M.
9. Hic nummus antiquus argenteus non extat: frequens æneus, sed contorniatus; idemque cum capite Neronis, Titi, Trajani, Hadriani. Exhibet gladiatorem sedentem, & stantem victorem equo in certaminibus. Nummus ipse, ut reliqui contorniati, ludorum tesseræ. Vide, quæ Tristanus in Tito, Angelonus in Trajano, & quantum absint ab historia.

NERO. CLAVDIVS. CAES. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
10. DECVR. Nero decurrens.

SERG·GALBA
S·P·Q·R
OB
CIV·SER

SERG·GALBA
S·C
EX
AERE
G·II

SERG·GALBA
PVBLICA
S C
HISPA NIA
VICTRIX
RENASC
ROMA
DIVA AVGVSTA
ROMA
S·P·Q·R
OB
C·S
HISPANIA
EX
ARGENTO
GG.i

SERG·GALBA
VIR TVS
EX
AVRO

G A L B A

E X AE R E.

SER. GALBA . IMP. CAESAR . AVG. P. M. TR. P. P. P. Sergius Galba Imperator Cæsar Augustus Pontifex Maximus Tribunicia Poteſtate Pater Patriæ.

1. LIBERTAS. PVBLICA. S. C. In aliis LIBERTAS. AVGVST. R. XL. Remiſſa Quadrageſima. Sententia Galbæ de libertate Populi Romani hæc fuit in oratione ad Piſonem. *Neque enim hic, ut in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, & cæteri ſervi: ſed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſervitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.*

Tacit. hiſt. lib. 1.

SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. P. P.

2. S. C. Militaria ſigna, legionis Aquila intermedia, Cohortium manus infixæ ſummis haſtis, Sacramenti, ac Fidei militaris typus. Vicus non manus, ſed faces appinxit. Infra manus clypei, in quibus Deorum, & Imperatorum imagines. Tacitus. *Vexillarius comitantis Galbam Cohortis direptam Galbæ imaginem ſolo adfiixit.*

IMP. SER. GALBA. AVG. TR. P.

3. ROMA. S. C.

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG. TR. P.

4. S. C. Victoria gradiens dextra fertum, ſiniſtra lauream, Victoriæ typus. Svetonius de Galba Imperatore conſalutato. *Per idem fortè tempus in munitione oppidi, quod ſedem bello delegerat, repertus eſt annulus opere antiquo, ſculptura gemmæ Victoriam cum trophæo exprimente. Ac ſubinde Alexandrina navis decurſu appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta, aut vectore ullo, ut nemini dubium eſſet, juſtum, piumque, & faventibus Diis bellum ſuſcipi.* Cæterum nulla novo Principi victoria, niſi oppreſſis in Germania Fontejo Capitone, in Africa Clodio Macro legatis, qui novas res moliebantur.

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG.

5. S. P. Q. R. OB. CIV. SER. Senatus Populuſque Romanus ob Cives Servatos. Civica. Sueta decora, & nomina erga Principes ſine tamen aſſentatione in Galbam egregium Rectorem, ſublato Nerone. Hinc Vindicis hortatio, ut humano generi aſſertorem, ducemque ſe accommodaret.

IMP. SER. GALBA. AVG. TR. P.

6. S. C. Victoria gradiens dextera victoriolam, ſiniſtra palmam.

IMP. SER. GALBA. AVG. TR. P.

7. VESTA. S. C. Veſta ſedens victoriolam præfert. Hic recenſenda, quæ ſupra attigimus in Neronis argenteo num. 4.

SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. P. P.

8. ADLOCVTIO. S. C. Imperator in ſuggeſtu milites alloquitur thoracatus, paludatus; à tergo Præfectus Prætorii ſimiliter armatus ipſum comitatur. Tacitus de adoptione Piſonis nuncupanda. *Apud frequentem militem concionem imperatoria brevitate, adoptari à ſe Piſonem more Divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat.* Æneas Vicus ſellam appinxit, quæ non extat, præteriitque Præfectum Prætorii ex nummo vetuſtate conſumpto, ſed integrum addimus.

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG.

9. S. C. Æquitas cum lancibus. Ariſtides æquitate ſuper cæteras gentes Romanos commendat. Sub ſigno libræ Romam conditam deſcribit Manilius.

Heſperiam ſua libra tenet, qua condita Roma,
Et propriis frænat pendentem nutibus orbem.

SER. SVLP. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P.

10. S. C. Signa roſtrata, coronata, victricia. Haſtis ſummis manus extant, prò quibus Aquilas poſuit Vicus. Aquila tantum in medio.

IMP. SER. GALBA. CAES. AVG. TR. P.

11. PAX. AVGVSTA. S. C. Dea Pax dextra oleam, ſiniſtra caduceum. Tacitus in allocutione Piſoniana. *Proviſum adoptione videbatur, ut ne poſt Galbam quilibet bello locus eſſet.*

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG. TR. P.

12. FELICITAS. PVBLICA. S. C. Dea Felicitas cum copiæcornu, & caduceo.

IMP. SER. GALBA. CAES. AVG. TR. P.

13. CONCORDIA. AVG. S. C. Concordia dextra ramum oleæ, ſiniſtra haſtam: fortè ſimulacrum Liviæ ſub titulo Deæ, de qua in argenteis num. 5.

SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. MAX. TR. POT.

14. ROMA. R. XL. Quadrageſima Remiſſa. Caſaubonus in Taciti commentariis nomen id eſſe portorii, quod publicanis pendebatur, de quo idem Tacitus lib. xiij Annalium de Nerone loquens, ſed vectigal ipſum a Nerone aut non abolitum, aut abolitione brevi ſervata ex Taciti verbis. *Aliaque admodum æqua, quæ brevi ſervata, dein fruſtra habita ſunt. Manet tamen abolitio Quadrageſimæ, quinquageſimæque.* Hæc revera provenit ex indulgentia Galbæ, teſtibus plurimis nummis à Senatu percuſſis, ad tradendam poſteris hujus beneficii memoriam, ut inquit idem Caſaubonus. Sed quod fuit Galbæ imperium breve, & obſcurum, nullus Scriptorum meminit, ipſamque liberalitatem, aut ignoravit, aut diſſimulavit Tacitus. Legitur in aliis REMISSA XXXX. & præter hunc cum ſimulacro Romæ, & alium cum ſimulacro Libertatis ſupra notato, extat tertius nummus cum Arcu triumphis inſigni, & eodem titulo. Optimà verò conjecturà Triſtanus cenſet, quinarios argenteos Marci Antonii Lugduni ſignatos cum numerica nota A. XL. ex hoc vectigali ſolutos, litteraſque A. XL. Argentum Quadrageſimale, aut Quadrageſimæ, ut in argenteis Auguſti num. 3. Notat etiam ex Plutarcho, Gallos, qui cum Vindice adverſus Neronem conſpiraverant, Romana civitate donatos à Galba, immuneſque factos tum cæteris vectigalibus, tum Quadrageſima, quod etiam innuit Svetonius. *Galliæ ſuper memoriam Vindicis obligatæ recenti dono Romanæ civitatis & in poſterum tributi levamento.*

IMP. SER. GALBA. CAES. AVG. TR. P.

15. ROMA. S. C. Romæ ſimulacrum cum haſta, & Palladio.

SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. P. P.

16. AVGVSTA S. C. Simulacrum Liviæ, ſeu Juliæ Auguſtæ, ſpecie numinis, haſtam, & pateram tenentis. Alium vidimus ſupra cum titulo CONCORDIA. AVGVSTA. Huic ſubintelligitur PIETAS, vel IVSTITIA. In aliis legitur DIVA. AVGVSTA. ut in argenteis num. 8.

SER.

SER. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P.
17. S. C. Corona laurea.

SER. GALBA. IMP. CAES. AVG. TR. P.
18. PAX. AVGVST. S. C. Dea Pax dextra oleam, finiſtra cornucopiæ.

SER. GALBA. CAESAR. AVG. P. M. TR. P.
19. SALVS. AVGVSTI. S. C. Dea Salus columnæ innixa anguem ſacro edulio admovet.

SER. SVLPIC. GALBA. IMP. CAES. AVG. TR. P.
20. HISPANIA. CLVNIA. SVL. Clunia, quæ & Sulpicia dicta à Gente Sulpicia, ex qua Galba genus duxit. Clunia celebris Urbs, & Conventus Hiſpaniæ citerioris, in qua Galba provinciam adminiſtrans auſpicatus, & conſalutatus fuit Imperator. Svetonius: *Et confirmabatur cum ſecundis nimis auſpiciis, & ominibus, tum Virginis honeſtæ vaticinatione, tanto magis quod eadem illa carmina Sacerdos Jovis Cluniæ ex penetrali, ſomnio monitus, eruerat ante ducentos annos, ſimiliter à fatidica puella pronunciata. Quorum carminum ſententia erat, oriturum quandoque ex Hiſpania Principem, dominumque rerum.* Unde in nummo Hiſpania appicta eſt; ſiniſtra copiæcornu tenet, dexterà victoriam Imperatori ſedenti porrigit.

IMP. SER. GALBA. CAESAR. AVG.
21. S. C. D. CAES. DIVI. VESP. AVG. F. REST. Domitianus Cæſar Divi Veſpaſiani Auguſti Filius Reſtituit.

G A L B A

EX ARGENTO.

IMP. SER. GALBA. AVG.
1. LIBERTAS. PVBLICA. S. C. Similis in æreis, & LIBERTAS. AVGVSTA. LIBERTAS. RESTITVTA.

IMP. SER. GALBA. CAES. AVG.
2. HISPANIA. Mulier galeata ſtans dextra ſpicas, & oleam, ſiniſtra peltam cum ſagittis. Pelta, & Jaculi Hiſpanorum propria arma aſſerit Antonius Auguſtinus. Ariſtæ ſoli fertilitatem denotant. Claudianus in Stiliconem pan. 2.

. . . . Glaucis tum prima Minervæ
Nexa comam foliis, fulvaque intexta micante
Veſte ſagum.

IMP. SER. GALBA. AVG.
3. ROMA. VICTRIX. Romæ ſimulacrum ſiniſtra incumbit haſtæ, dextrà ramum tenet, pede orbem, ſeu galeam calcat.

IMP. SER. SVL. GALBA. CAESAR. AVG.
4. ROMA. RENASCENS S. C. Romæ ſimulacrum dextera victoriam globo inſiſtentem, ſiniſtra Aquilam legionum tenet. Sublato Nerone renaſcens Roma ad libertatem ſub Galba, à legionibus ad imperium evecto, ſic Roma ipſa alloquitur apud Prudentium.

O clari ſalvete duces generoſa propago
Principis invicti, ſub quo ſenium omne renaſcens
Depoſui.

Pruden. cont. Symmachum.

Plura Triſtanus in hujus nummi commentario.

IMP. SER. GALBA. CAESAR. AVG.
5. DIVA. AVGVSTA. Simulacrum Juliæ Auguſtæ habitu Deæ, haſtam, & pateram tenentis. Svetonius: *Obſervavit ante omnes Liviam Auguſtam, cujus & vivæ gratia plurimum valuit, & mortuæ teſtamento penè ditatus eſt.* Plutarchus ſcribit, Galbam Liviæ cognatione junctum fuiſſe.

IMP. SER. GALBA. CAESAR. AVG.
6. ROMA. RENASCENS.

SER GALBA. IMPER.
7. CONCORDIA. PROVINCIARVM. Dea Concordia, dextra oleam, finiftra caduceum. Svetonius: *etiam per provincias edicta dimifit, auctor fingulis, univerfifque confpirandi fimul, & ut qua poffet quifque opera, communem caufam curaret.* De Provinciarum ftatu fub Galba confule Tacitum. Cufus eft nummus oppreffis Nimphadio Sabino Romæ, in Germania Fontejo Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

SER. GALBA IMP. CAES. AVG.
8. S. P. Q. R. OB. CIV. SER. Corona quernea, ut in æreis.

Dial. 2. 9. COS. V. Eques decurrens. Nunquam Galba conful V. Exhibet hunc Antonius Auguftinus cum litteris SER. GALBA. IMP. & adverfo caput mulieris infculptum eft cum duobus jaculis, pelta, & ariftis, & litteris HISPANIA. Triftanus tria capita GALLIAE. TRES.

IMP. SER. GALBA. AVG.
10. GALLIA. HISPANIA. Gallia, & Hifpania habitu militari jugatæ, & galeatæ invicem jungentes dextras. Refertur hic nummus ad præcedentem Concordia Provinciarum. Cufus eft nummus, pofteaquam Virginius Rufus, qui victor Gallias tenebat, cum exercitu Germanico Galbæ acceffit, de quo Plutarchus. Sagatam militari habitu Galliam cum hafta, feu gæfa defcribit Claudianus.

. . . . . Tum flava repexo
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque gæfa tenens animofo pectore fatur

Sed ante Claudianum, Virgilius.

Aurea cæfaries ollis, atque aurea veftis
Virgatis lucent fagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quifque alpina corrufcat
Gæfa manu fcutis protecti corpora longis.

Hift. l. 2. De Gallorum habitu Tacitus loquens de Cecina *ornatum ipfius municipia, & coloni in fuperbiam trahebant, quod verficolore fagulo brachas tegmen barbarum indutus togatos alloqueretur.* De Hifpania fupra num. 2.

OTHO

VIII.

OTHO

OTHO SILVIVS
PAX ORBIS TERRARVM
PONT. MAX.
EX
ARGENTO
HH I

OTHO SILVIUS
EX
AVRO
HHE

OTHO

EX ARGENTO.

IMP. OTHO. CAESAR. AVG. TR. P.

1. ECVRITAS. P. R. Securitas Populi Romani. Dea Securitas dextra coronam, finiftra haftam: in aliis copiæcornu. Cufus eft nummus boni ominis gratia, uti fi in victore Principe fecuritas omnis, & falus contineretur. Erga novum principem adulationibus certabat Senatus, incipiendo à Pace, Securitate, Clementia, & à cæteris virtutibus. Tacitus. *Vocat Senatum Prætor Urbanus: certant adulationibus cæteri Magiftratus: accurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia poteftas, & nomen Augufti, & omnes principum honores*. Otho verò, qui fama deterrimus, principatum fibi affumpferat, ftatimque optimi principis documenta dedit: faluti Senatus, in ipfa penè internecione, quamvis conviciis, ac probris in fe noxii, clementiffimè confuluit: unde non immerito in hoc nummo SECVRITAS Populi Romani. An.I. 1. An. I. 1.

IMP. M. OTHO. CAESAR. AVG. TR. P.

2. PAX ORBIS TERRARVM. Dea Pax, finiftra oleam, dextra caduceum. Adeo cordi fuit Othoni pax, & concordia Romani Imperii, atque orbis Terrarum, ut ad dirimenda bella fe fe Paci, Concordiæque facravit, ac forti animo laudabilem mortem elegit. Tacitus. *Otho, ut in multa pace munia imperii obibat, quædam ex dignitate Reipublicæ, pleraque contra decus, ex præfenti ufu properando*.

IMP. OTHO CAESAR. AVG. TR. P.

3. PONT. MAX. Annona, dextra fpicas, finiftra cornucopiæ.

IMP. M. OTHO CAESAR AVG.

4. VICTORIA OTHONIS. Victoria advolanti fimilis, dextra fertum, finiftra oleam. Svetonius. *Et tribus quidem, verum mediocribus præliis apud Alpes, circaque Placentiam, & ad Caftoris, quod loco nomen eft, vicit; noviffimo, maximoque apud Bebriacum, fraude fuperatus eft*. Externa victoria Sarmatica per Apronium. Tacitus: *læto Othone, & gloriam in fe trahente, tanquam & ipfe felix bello, & fuis ducibus, fuifque exercitibus Rempublicam auxiffet*.

IMP. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

5. PONT. MAX. Othonis figura equeftris cum hafta, ejus expeditionem contra Vitellium defignat.

EX AURO.

IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

1. SECVRITAS P. R. Dea Securitas, dextra coronam, finiftra haftam.

VITELLIUS

AVL·VITELLIVS
S·P·Q·R·
OB
C·S·
S
C
PROVIDENT
MARS
EX
AERE

AVL·VITELLIVS
S C
FIDES
EXERCITVVM
EX
AERE

AVL·VITELLIVS
FIDES
EXERCITVVM
S·P·Q·R
OB
C·S
LIBERTAS RESTITVTA
EX
ARGENTO

EX
AVRO

A. VITELLIVS
E X AE R E.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.

1. PAX. AVGVST. S. C. Pacis typus. Pax, Concordia, Æquitas, Libertas sunt decora Principum, & grata populis nomina, à quibus Imperatores auspicabantur imperium. Eadem in Galbæ nummis, ipsius consona virtutibus, Vitellio dissona, atque in ejus ostentationem decantata.

2. S. P. Q. R. OB. C. S. in quernea coronà Senatus, Populusque Romanus ob Cives Servatos. In adulationem Vitellii, atque in æmulationem Galbæ, ut in ejus nummo, ad cujus prototypum hic cusus est.

3. PROVIDENT. S. C. Ara Providentiæ Divi Augusti, ut in nummo post ejus mortem à Tiberio cuso, quem vidimus in ipsius Augusti tabulis.

4. CONCORDIA. AVG. S. C. Concordia Dea in subsellio sceptrum tenens.

5. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria scribens in clypeo Palmæ arbori affixo, in quo VIC. AVG.: in aliis OB. CIV. SER.

6. AEQVITAS. AVGVSTI. S. C. Æquitatis typus.

7. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Non hæc Bedriacensis de Othone, ut opinatur Angelonus, cum id temporis Vitellius adhuc commoraretur in Gallia; nondum Augustus, & Pontifex Maximus, sed tantum Germanicus cognominatus.

8. CONCORDIA. PROVINC. Concordia Provinciarum, ut in Galba.

9. CONCORDIA. AVGVSTI. S. C. Dea Concordia in subsellio cum copiæ cornu, & paterà ante aram. Hic non reticenda sunt illa Svetonii: *Tunc* Vitellius *solutum à latere pugionem Consuli primum, deinde illo recusante Magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam acclamantibus, ipsum esse Concordiam, rediit: nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiæ recipere cognomen.*

10. MAT. AVG. MAT. SEN. MAT. PATR. S. C. Matri Augusti, Matri Senatus, Matri Patriæ. Mulier in subsellio cum sceptro, & lauri ramo Sextilia Vitellii Mater esse videtur, quam, Augustam appellatam, tradit Svetonius. Nummus hic matrem Augusti, Senatus, & patriæ amplissimis titulis dictam, testatur: mulier profecto summæ probitatis, & antiqui moris fuit, quæ cum Imperatorem filium Germanicum cognominatum per litteras cognovisset, præclarum illud effata est: *Non Germanicum à se, sed Vitellium genitum.*

Tacit. hist. 2.

11. HONOS. ET. VIRTVS. S. C. Duæ figuræ ſtantes: Virtus armata parazonio, & haſtà, pede galeam calcat: Honos haſtæ innititur, pectore nudo, cum in honore Virtus pateat: laurea redimitur, honoris præmium, quà Ptolemæus Philadelphus Virtutis aureum ſimulacrum decoravit.

Athæn. l. 5.

12. MARS. VICTOR. Mars Gradivus cum Victoria, & trophæo.

13. Eſculapius.

14. S. C. Mars Gradivus cum haſta, & trophæo.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP.

15. FIDES. EXERCITVVM. Duæ manus junctæ. Percuſſus ante Vitellii introitum ad Urbem, non adhuc Auguſtus, nec Pontifex maximus; ſed Germanicus tantum appellatus. Svetonius. *Cognomen Germanici delatum ab univerſis cupidè recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſavit.*

Allienſi die Pont. Max. cæpit. Svet. in Vitell. cap. XI.

A. VITELLIVS

EX ARGENTO.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. TR. P.

1. PONT. MAXIM. Mulier ſedens cum paterà, & haſtà. Hanc opinor Sextiliam Auguſtam, Vitellii matrem, exemplo Liviæ Auguſtæ, cum paterà & haſtà, ad imaginem *Concordiæ* cultam, ut in Tiberii nummis.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP.

2. FIDES. EXERCITVVM. Ut æreus num. 15.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.

3. S. P. Q. R. OB. C. S. Civica, ut in æreo.

A. VITELLIUS. GERM. IMP. AVG. TR. P.

4. L. VITELLIVS. COS. III. CENSOR. Lucii Vitellii caput laureatum: in antica ſceptrum cum aquilà. L. A. Vitellii Imperatoris pater, ter Conſul, & Cenſor, ut ex Svetonio. In ipſius honorem cuſus eſt nummus. Laureato honore inſignitus, ac ſceptro Cenſoriæ poteſtatis.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.

5. LIBERTAS. RESTITVTA. Ut in Galba. Novo Principi honores, aliis ſancitos, decernebat Senatus, ut Tacitus de eodem Vitellio. *In Senatu cuncta longis aliorum principatibus compoſita, ſtatim decernuntur.*

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. TR. P. P. P.

6. LIBERI. IMP. GERMAN. Liberi Imperatoris Germanici duorum puerorum capita, ſe mutuò reſpicientia. Erizzus opinatur, Petronium ex Petronia, & P. Vitellium ex Galeſia Fundana Imperatoris Vitellii filios; ſed Petronianum Vitellius interemit ante adeptum Imperium. Liberi ſunt ex Galeſia Fundana, de quibus Svetonius. *Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre, & de hac quoque liberos utriuſque ſexus tulit.* Major nomine Vitellius Lugduni Germanicus fuit appellatus. Tacitus. *Mox univerſum exercitum occurrere infanti filio jubet: perlatum, & paludamento opertum ſinu retinens, Germanicum appellavit, junxitque cunctis fortunæ principibus inſignibus.* Periit tamen, cum patre Muciano interfici juſſus. De filia Svetonius, commendans Veſpaſiani clementiam. *Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritavit, dotavitque etiam, & inſtruxit.*

Hiſt. 1.

In Veſpaſ.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.

7. CONCORDIA. Dea Concordia, de qua ſupra in æreis.

A. VI-

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.
8. XV. VIR. SAC. FAC. Quindecim Vir Sacris Faciendis. Tripus, quem ſupra Delphinus, ſubtus Corvus: uterque Apollini ſacer. Svetonius, privatum adhuc Vitellium non ſolum honoribus, verum & Sacerdotiis ampliſſimis auctum, ſcribit: *Is unus ex* XV. *ſacris faciendis &c.*

A. VITELLIVS
EX AURO.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.
1. XV. VIR. SAC. FAC. ut in antecedenti argenteo.

A. VITELLIVS. IMP. GERM.
2. CLEMENTIA. IMP. GERMAN. Dea Clementia in ſubſellio. Cuſus eſt ante adventum Vitellii ad Urbem, ut notat Tacitus: *introitum Urbis in acclamationibus populi. Vulgus tamen vacuum juris, & ſine falſi, verique diſcrimine, ſolitas acclamationes edoctum: clamore, & vocibus adſtrepebat, abnuentis nomen Auguſti expreſſere, ut aſſumeret tam fruſtra, quam recuſaverat.* Hiſt. 2.

VE-

X

VESPASIANUS

D·VESPASIANVS AVG·
AVGVST.
S C
TR·POT·P·P·COS·
CONCORDIA
S·C·
AVGVST.
S C
CAESAVG.
DES·T·
FELICITAS
S C
PVBLICA
S C
MARS
VICTOR
S C
FORTVNAE
REDVCI
S C
S C
ROMA
S·C·
CERES
AVGVST.
S C
EX
AERE

D·VESPASIANVS AVG.
EX AERE
K·II

D·VESPASIANVS AVG.

EX AERE

D·VESPASIANVS AVG·
S C
PROVIDENT
S·C
EX
AERE

D·VESPASIANVS AVG·
PAX AVG.
S·C·
S·C·

D·VESPASIANVS AVG·
AVGVR
TRI·POT·
VIC· AVG·
IMP·XVII·
ANNONA AVG.
EX
ARGENTO

D· VESPASIANVS AVG·
FIDES PVBL
CO·S·V·
CONCORDIA
EX ARGENTO
KK·II

D. VESPASIANVS AVG.
COS. VIII
EX
ARGENTO

D·VESPASIANVS AVG·
COS.
VIII.
COS·V.
VES TA
EX
ARGENTO

D. VESPASIANVS AVG.

VESPASIANVS

EX AERE.

IMP. CAESAR. VESP. AVG. COS. III. in aliis V. CENS.

1. VICTORIA. AVGVSTI. in aliis VICTORIA. NAVALIS. Victoria proræ insistens. Excissa Jotapate urbe maritima, Taricheis ad lacum Genesaram devictis. Similis in Tito.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVGVSTVS.

2. PON. MAX. TR. POT. P. P. CONS. V. CENS. Duo copiæcornua, caduceum in medio: Pacis, Abundantiæ, & Felicitatis typus.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. COS. II.

3. CONCORDIA. AVGVSTI. S. C. Dea Concordia.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.

4. PAX. AVGVSTI. S. C. Dea Pax.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. II. COS. IIII.

5. IMP. AVG. F. COS. DES. ITER. CAES. AVG. F. DES. Imperator Augusti Filius Consul Designatus Iterum Cæsar Augusti Filius Designatus. Titus, & Domitianus stantes cum hasta, & parazonio. Domitianus Cæsar tantum appellatur. Titus Imperator, non summi imperii cognomento, sed militari consalutatione, capta Hierosolyma. Svetonius: *cepitque eam natali filiæ suæ, tanto militum gaudio, ac favore, ut in gratulatione Imperatorem eum consalutaverint.* Dio tradit, Vespasianum, at Titum ex victoria Judaica, non Judaicos, sed tantum Imperatores cognominatos. Cæterum Titus vivente patre, neque Imperatoris prænomen, neque Augusti cognomen recepit: quamvis Occo Consulatu III. & IIII. aliisque, superstite adhuc Vespasiano, hisce titulis falsò nummos describat.

Svet. in Tito cap. 5.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. V. CENS.

6. FELICITAS. PVBLICA. S. C. Mulier stans dextra caduceum, sinistra copiæcornu: finito civili bello, pace, atque abundantia sub felici imperio Vespasiani.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. IIII.

7. FIDES. PVBLICA. S. C. Dea Fides cum copiæcornu.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. CENS.

8. MARS. VICTOR. S. C. Gradivus cum trophæo.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.

9. FORTVNAE. REDVCI. S. C. Voto soluto Fortunæ Reduci ob reditum ab expeditione Judaica.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
10. ROMA. S. C. Roma haſtæ innititur: victoriolam præfert.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
11. ROMA. S. C. Roma inſidens ſpoliis, coronam præfert.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
12. CERES. AVGVST. S. C. Dea Ceres ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam, de qua in argenteis infra num. 9.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
13. IVDAEA. CAPTA. S. C. Judæa ſedens, & captivus ſtans abjectis armis: is fortè Simon in pompa traductus, de quo Joſeph. Veſpaſianus verò triumphum egit celeberrimum de Judæis ſuo Conſulatu II.

Joſeph de bello Jud. l. 8. cap. 24.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. VIII. CENS.
14. FIDES. PVBL. S. C. Duæ manus junctæ cum caduceo, & ariſtis. Pax, & Abundantia ex publica fide.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
15. IVDAEA. CAPTA. S. C. Judæa mærens ſub palma, abjectis armis.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. CENS.
16. SALVS. AVGVSTA. S. C. Salus Dea ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam. Huc reſpiciunt illa Curtii, de Veſpaſiano, non de Auguſto intelligenda: *Proinde jure, meritoque Populus Romanus ſalutem ſe Principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam pœnè ſupremam habuimus, novum ſidus illuxit. Hujus herculè, non Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces? Quot condidit gladios? quantam tempeſtatem ſubità ſerenitate diſcuſſit? Non ergo revireſcit ſolum, ſed etiam floret Imperium.* Hæc patent in gratiam Veſpaſiani prolata, ut rectè ſenſit Janus Rutgerſius a Radero in vita Curtii relatus. Quid aliud inferunt illa: *Cum ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent, niſi Othonem, & Vitellium, quorum motus non bella, ſed rebelliones Svetonius vocat. Quot ille tum extinxit faces? quot condidit gladios?* Hæc Vindicem, Nympidium, Capitonem, Macrum, ipſoſque Othonem, & Vitellium, qui de Imperio certabant. Cum novum ſidus illuxit, ſcilicet ab Oriente, utque Plinius ait, ſalutaris exortus Principis Veſpaſiani, qui faces extinxit. Hæc minimè intelligenda ſunt de Auguſto, qui non diſcuſſit tempeſtatem ſubita ſerenitate, ſed poſt ſæva bella, ſpatio viginti annorum Janum cluſit.

Janus Rutgerſius var. hiſt. l. 1. cap. 19. Raderus in vita Curtii.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. II. CENS.
17. ROMA. RESVRGENS. Veſpaſianus ſtans dextra ſublevat Romam in genua procumbentem, adſtante milite. Similis in Galba cum inſcriptione LIBERTAS. RESTITVTA. Ex iis, quæ annotavimus in antecedenti. Roma finito civili bello, ſublatoque Vitellio, cladibus jacens, reſurrexit Veſpaſiani virtute.

IMP. CAESAR. VESPAS. AVG. COS. II. TR. P. P. P.
18. S. C. Gradivus cum trophæo, & haſta.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. COS. III.
19. PAX AVGVST. S. C. Dea Pax ſiniſtra oleam, dextra caduceum tenet; columnæ verò incumbit, ob ejus firmitatem, & ſecuritatem.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
20. IVDAEA. CAPTA. Imperator ſtans dextra nititur haſtæ, ſiniſtra parazonium tenet, ſub pede galea victoriæ typus: prope eſt Palma arbor, ſubjacente incubito meſta Judæa.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
21. AEQVITAS. AVGVSTI. S. C. Dea Aequitas. Tanti Romanis fuit æquitatis laus, ut Imperatores ſæpius in nummis appingerent. Unde Manilius ſub ſigno Libræ Romam conditam canit.

Manilius l. 4.

Heſpe-

Hesperiam sua libra tenet, quà condita Roma,
Et propriis frænat pendentem nutibus orbem.

IMP. CAESAR. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. II.
22. S. C. Dea spes. Tacitus. *At Romæ Senatus cuncta, Principibus solita, Vespasiano decernit lætus, & spei certus.*

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. II.
23. FIDES. EXERCITVVM. S. C. Dexteræ simul junctæ, tenentes Aquilam legionis, navis proræ affixam. Apollonius de excidio Hierosolymitano.
Tollitur ad cœlum clamor, dextraque patenti
Certatim jurata fides.

Apollonius de excidio Hierosolymit. l. 3.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
24. S. P. Q. R. P. P. OB. CIVES. SERVATOS. Corona civica.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. CENS.
25. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria scribens clypeo ad palmam, subjacente Judæa.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. COS. III. CEN.
26. PROVIDEN. S. C. Ara Providentiæ.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M. TR. P. COS. III.
27. PAX. AVG. S. C. Dea Pax, sinistra oleam, & caduceum, dextra pateram.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. COS. III.
28. S. C. Laurea ex Senatus consulto.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
29. Venator aprum hastà impetit. Nummus est contorniatus. Similis in Neronis, Trajani, & aliorum Imperatorum nummis.

IMP. CAESAR. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. P. P. Sic describit Occo.
30. Anphitheatrum antiqui nummi Vespasiani non exhibent: hic pertinet ad Domitiani imperium, habetque in adverso latere simulacrum Titi sedentis cum inscriptione in ipsius honorem. DIVO. AVG. T. DIVI. VESP. F. VESPASIANO.

. . . . .
31. Castor, & Pollux.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. III.
32. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria componens trophæum, subjacente captivo. Similis in Vitellio.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
33. AEQVITAS. AVG. S. C. Dea Æquitas.

34. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. Palma Judeæ typus: hujus adversum in sequenti.

35. PON. M. TR. P. P. P. COS. III. S. C. Militare signum.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. PON. M. TR. P. COS. III.
36. S. C. Tria signa legionum rostrata.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
37. VESTA. S. C. Vesta sedens, dextera Palladium, sinistra hastam.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ Imperatoris Cæsaris Vespasiani caput.
38. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. ΤΙΤΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ Imperatoris Titi Cæsaris caput.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

39. TVTELA. AVGVSTI. S. C. Mulier in fella, pueros hinc inde manu amplectens, atque in tutela recipiens. Fuit Vefpafianus *in omne hominum genus liberalissimus*, ut inquit Svetonius, *explevit cenfum Senatorium; confulares inopes quingenis feftertiis annuis fuftentavit*. Similis extat Vitellii, alius Nervæ TVTELA ITALIAE Mulier cum duobus pueris coram Imperatore fedente. Martialis de Domitiano.

Mittimus, o rerum felix tutela, falufque.

Auguftus dictus fuit antea a Poetis tutela Italiæ, tutela hominum; Trajanus a Plinio tutela generis humani.

Svet.

Martialis.

ΑΥΤΟΚ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. ϹΕΒ. Imperator Vefpafianus Cæfar Aug.

40. ΚΟΙΝΟΝ. ΚΥΠΡΙΩΝ. Communitas Cypriorum ЄΤΟΥΙ. corrige ЄΤΟΥϹ. Η in aliis ΝΕΟΥ. ΙΕΡΟΥ. anno octavo novi templi. Templum eft, feu ara Paphiæ Veneris cum obelifcis: in medio fimulacrum Deæ, non humana facie, fed metæ fimile. Tacitus de itinere Titi: *Illum cupido inceffit adeundi, vifendique templum Paphiæ Veneris inclytum per indigenas*. Simulacrum Deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exurgens, & ratio in obfcuro. Maximus Tyrius. *Venerem Paphii colunt, cujus ftatuam albæ pyramidi non diffimilem dixeris*. Ante Dedalum opinor fimulacrum effictum, cum arbores, atque informes lapides pro numinibus habuerunt; nifi aliquis trahat ad naturalem rerum originem.

Tacit. hift. l. 2. Svet. in Tito cap. 5. Max. Tyrius ferm. 98.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.

41. PAX. AVG. S. C. Dea Pax finiftra oleam, dextra facem, qua arma incendit ad aram, deducto more à Tarquinio Romanorum Rege, qui Sabinis devictis, Vulcano votum folvit, hoftiumque arma combuffit. Sempronius Conful devictis Sardeis, fpolia incendio abfumpfit, facravitque Vulcano. Extat amplius in nummo columna bellica, cum fimulacro Bellonæ.

Livius l. 1. & 41.

VESPASIANVS
EX ARGENTO.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.

1. COS. ITER. TR. POT. Conful Iterum Tribunitia Poteftate. Dea Pax fedens.

IMP. CAESAR. VESPASIAN. AVG.

2. PACI. ORB. PAR. AVG. corrige PACI. ORB. TERR. AVG. Paci Auguftæ Orbis Terrarum. Caput Ifidis. Ex nota, quæ legitur EPHE Ephefi nummus fignatus videtur. Vefpafianus Alexandriæ commorans in templo Ifidis, & Serapidis, feu Jovis Ditis, & Proferpinæ, oraculi refponfum de Imperio ex nomine Bafilidis cujufdam interpretatus eft. Plurimi inveniuntur nummi Ephefiorum græcis litteris fignati in honorem Vefpafiani, Titi, Domitiani, Domitii. Erat enim Ephefus Romanorum navale.

Tacitus hift. l. 4. Svet. in Vefpafian.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M.

3. TR. P. II. COS. III. P. P. Pax in fubfellio cum olea, & caduceo.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. COS. III.

4. VICTORIA. AVGVSTI. Victoria altera manu palmam tenet, altera lauream extendit ad Aquilam legionum Judaici, vel Syriaci exercitus, à quibus Vefpafianus confalutatus fuerat Imperator. Hinc Aquilæ coronatæ, ac victrices in nummis, & lapidibus.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII.

5. AVGVR. TR. POT. Inftrumenta facra: fimpullum, afpergillum, urceolus, lituus.

IMP.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. PONT. TR. P.
6. VIC. AVG. Victoria orbi insistens cum laurea, & palma.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. CENS.
7. PONTIF. MAXIM. Statua Vespasiani sedentis cum sceptro, & lauri ramo.

CAES. VESPASIANVS. AVG.
8. IMP. XVII. Scropha cum succoleis, de qua Varro, Dyonisius, Macrobius, aliique.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
9. ANNONA. AVG. Tacitus de Vespasiano ad Urbem revertente ex Judæa: *Tum celerrimas navium frumento onustas, sævo adhuc mari committit, quippe tanto discrimine Vrbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum à Vespasiano commeatus subvenere.*

Tacit. hist. 9. 4.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
10. COS. ITER. FORT. RED. ob Vespasiani reditum ex Judæa.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
11. COS. VI Aquila Jovis.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
12. COS. ITER. TR. POT. Pax.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P.
13. COS. VIII. Mars victor cum trophæo, & hastà.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
14. PON. MAX. TR. P. COS. VI. Pacis sedentis simulacrum cum oleæ ramo.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
15. EX S. C. Victoria clypeum trophæo superimponens, sub quo captivus.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
16. COS. V. Lauri binæ, de quibus infra num. 29.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. CENS.
17. FIDES. PVBL. Manus junctæ cum caduceo, aristis, papaveribus, ut in æreo num. 14.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ.
18. ΕΤΟΥϹ. ΝΕΟΥ. ΙΕΡΟΥ. Anno novi sacri templi. Aquila cum fulmine. Extat alius nummus Vespasiani cum eadem inscriptione, ac templo octo columnarum, fortè restituto Capitolino Jovis optimi maximi, ut Aquila designare videtur.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
19. COS. ITER. TR. POT. Æquitas.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
20. PON. MAX. TR. P. COS. V. Caduceum.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.
21. CONCORDIA. AVG. dextra spicas, & papaver, sinistra copiæcornu. Abundantia, & felicitas Concordiæ bona.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
22. PON. MAX. TR. P. COS. VI. Victoria navalis rostro insistens.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. TR. P. P. P. COS. II. D. III.
23. CAESAR. AVG. F. COS. CAESAR. AVG. F. PR. Cæsar Augusti Filius Consul, Cæsar Augusti Filius Prætor. Titi, & Domitiani facies obversæ. Tacitus.

Nec

Tacit. an. l. 4.

Nec Senatus obsequium deerat : ipsi Consulatus cum Tito filio : Prætura Domitiano, & consulare imperium decernitur.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
24. IOVIS. CVSTOS. Jupiter hastæ seu sceptro nixus ; ad pedes ara, refecto Capitolio.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
25. PON. MAX. TR. P. COS. VI. Dea Securitas sedens.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
26. AVG. Laurea Vespasiano à Senatu decreta, aut dono missa à Regibus, & civitatibus. Apollonius de Vespasiano.

Apollonius.

. . . . Tum more vetusto
Insuper Eoi Reges misere coronas.

Plin. l. 12. cap. 19.

Coronas ex cinnamomo interrasili auro inclusas primus in Capitolii, ac Pacis templis dicavit Vespasianus. Plinio teste.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. COS. III.
27. Imperator stans cum hasta, & parazonio: Judæa captiva, in medio palma.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.
28. NEP. RED. Neptunno Reduci. Neptunus sinistra tridentem, dextera acrostolium, quod rostratæ puppis extremum erat ornamentum, pede globum premit, quia terram continet. Cusus est nummus voto soluto ob reditum Vespasiani, classe ex Syria, & Judæa ad Urbem remeantis.

Joseph.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
29. EX. S. C. Columna, super qua vas : fortè cinerum post Consecrationem ; cum clypeo votivo, in quo S. C.. Lauri victorias designare videntur. In aliis vas tantum inter lauri ramos.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
30. IVDAEA. Judæa captiva sedens ad trophæum.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
31. COS. VIII. Boves juncti coloniæ typus, Vir nudus superstans non extat in veteri nummo, sed aratrum sublevatum expressè cernitur, cum in designando sulco Coloniæ muris, aratro sublevato portæ spatium relinquebant.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
32. Duo Capricorni, in quorum medio clypeus votivus cum litteris S. C. globo dependente. Similis in Augusto Vespasianum cum Augusto cœlo assumptum denotat. Capricornum portam esse Heroibus patentem Porphyrius, & Macrobius docent. Unde Germanicus Cæsar de Augusto inter Divos relato.

Porph. de antro Nimph. Macrob. in Scip. som. Germanicus.

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque parentem,
In cœlum tulit, & maternis reddidit astis.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
33. COS. ITER. TR. POT. Mars Gradivus cum trophæo.

IMP. CAESAR VESPASIANVS. AVG.
34. COS. ITER. TR. POT. Dea Pax in subsellio.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG. P. M.
35. TR. P. X. COS. VIIII. Dea Concordia, seu Felicitas in subsellio cum patera, & copiæcornu.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M.
36. TR. POT. Vesta sedens simpullum tenet.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG. TR. P.
37. TITVS. ET. DOMITIANVS. CAES. PRINC. IVVENT. Titus Et Domitianus Cæſares Principes Juventutis ſedent, lauri ramis pacem afferentes.

IMP. CAESAR. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P.
38. COS. VIII. Laurea.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
39. COS. VIII. Roſtrum, ſive rates cum ſtella Caſtoris, Similis in Cæſaris, Antonii, & Auguſti nummis. In aliis non ſtella, ſed pileus Caſtoris, ut in antiquioribus ratitiis.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. COS. IIII.
40. CONCORDIA. AVGVSTI. ut in æreis.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
41. COS. V. Bos Coloniæ.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
42. CERES. AVGVST. Dea Ceres. Hic nummus cuſus eſt vivente Veſpaſiano, & repetitus poſt ejus mortem.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ.
43. ЄΤΟΥϹ. ΝΕΟΥ. ΙЄΡΟΥ. Δ. Anno novi templi quarto. Aquila ſuper ara.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III.
44. S. C. Veſpaſiani triumphus.

IMP. CAESAR. VESPAS. AVG. COS. II. TR. P. P. P.
45. PACI. AVGVSTAE. Victoria advolans cum laurea, & palma. Ex Victoria Pax.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M.
46. TR. P. X. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Pulvinar, ſeu lectum Diis poni ſolitum. Lectiſternium Junonis arbitror ex liliis, quibus exornabatur in ejus cella Capitolina, in quo etiam argenteum Deæ fulmen reponebatur, ut infra in Titi argenteo num. 7.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. CENS.
47. VESTA ſiniſtra haſtam, dextra ſimpullum tenet.

VESPASIANVS
EX AVRO.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS AVG.
1. PACI. AVGVSTAE. Pax cum angue, de qua in Claudio.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
2. S. C. Columna cum clypeo, & lauri ramis, ut in argenteo.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
3. PON. MAX. TR. P. COS. VI. Victoria ſuper ciſta cum duobus anguibus arrectis. Nummus reſtitutus Auguſti, de quo ſatis ſupra.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
4. TR. POT. II. COS. III. P. P. Pax in ſubſellio.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG.
5. COS. VIII. Imperator ſtans, quem Victoria coronat. Occo fulmen tenentem Imperatorem deſcribit.

IMP.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. CENS.
6. VIC. AVG. Victoria insistens globo, dextra coronam, sinistra palmam.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS.
7. Duo Capricorni cum clypeo, & globo, ut in argenteis.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.
8. IVDAEA sedens ad trophæum more captivæ.

CAESAR. VESPASIANVS. Avo caput Vespasiani.
9. ANNONA. AVG. Annona sedens cum copiæcornu.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Caput Vespasiani.
10. S. P. Q. R. P. P. OB. C. S. Civica,

TI-

XI

TITVS

D·TITVS VESP·
AVG.
S C
IVD. CAP.
S C
CERES AVGVST.
S C
S C
AETERNIT. AVG.
S C
ROMA
S C
VICTORIA AVGVST.
S C
S C
CONGTER·PR·IMP·DAT.
S·C·
S·C·
ANNONA AVG.
EX AERE
L·II·

D· TITVS VESP·
S C
S C
S C
S C
PAX AVGVST.
S C
ROMA
S C
EX
AERE
L·III·

D. TITVS VESP.
EX AERE

D· TITVS VESP·
EX
ARGENTO
LL·I

D·TITVS VESP·
COS·VII
TR·P·VIII·IMP·XIIII·COS·VII·P·P·
TR·P·IIII·IMP·XIIII·COS·VII
AVG
E P E
PAX AVGVST·
EX
ARGENTO
LL·II·

D. TITVS VESP.

T I T V S

EX AERE.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. III. TR. P. II. COS. II.

1. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria scribens in clypeo ex palma dependente, in quo VIC. AVG. Legimus in aliis OB CIVES SER.

T. CAESAR. VESPASIAN. IMP. III. PON. TR. POT. II. COS. II.

2. CAESAR. DOMITIANVS. DE. corrige DOMITIAN. COS. DE. S. C. Domitianus, equo vectus, Princeps juventutis.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. P. COS. II.

3. PAX. AVGVSTI. S. C. Similem vidimus in Vespasiano, ipsius III. Consulatu, eodemque tempore patris honos in nummis Titi, & Domitiani: unde & plurimos alios VICTORIA. AVG. CONCORDIA. AVG. ad Vespasianum ipsum pertinere certum est, cum Titus, vivo patre, usque ad Consulatum, nunquam Augustus fuerit cognominatus.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. S. C.

4. PROVIDENTIA. AVGVSTI. S. C. Titus Domitiano fratri orbem cum gubernaculo tradit, ac imperii participem facit; sed Vicus gubernaculum omisit. Malè Occo: Vespasianus tradens globum Tito filio: nam Consulatu VIII. Titi signatus est nummus, quo Vespasianus jam decesserat. Erizus, & Antonius Augustinus Deam Providentiam, quæ Tito imperium dat, interpretantur; sevo tamen Domitianus ingenio, quamvis ab optimo fratre consors imperii factus, illi insidiari non destitit. Svetonius: *Sed ut a primo imperii die consortem, successoremque testari perseveravit, nonnunquam secreto lacrymis, & precibus orans, ut tandem mutuo erga se animo vellet esse.*

Svet. in Tito cap. 9.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. POT.

5. ROMA. S. C. Roma victrix, spoliis insidens, dextra lauream, sinistra parazonium.

T. CAESAR. VESPASIAN. IMP. III. PON. TR. P. II. COS. II.

6. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria legionis Aquilæ signo coronam imponit. Similem in Vespasiani argenteis vidimus.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. CENS.

7. FELICITAS. PVBLICA. S. C. Dea Felicitas cum copiæcornu, & hasta.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. P. COS. II.

8. S. C. Laurea.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. CENS.

9. S. C. Templum cum porticu. Non Pacis templum, sed Jovis Capitolini, a

 Ve-

Veſpaſiano reſtituti, aſſerimus ex ejus ſimulacro, in templi fronte aſſidentis cum globo, quamvis Vicus non ſatis expreſſerit. Pacis verò templum refectum fuit à Veſpaſiano VII. ac Tito VI. Coſs. Reſtitutionem verò Capitolii mandavit ipſe anno primo, Veſpaſiano iterum, ac Tito Coſs. Unde in hoc nummo Titi Coſs. II. & in alio Veſpaſiani Coſs. III. idem templum Jovis expreſſum eſt.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
10. SALVS. AVG. S. C. Dea Salus in ſubſellio, dextra pateram, ſiniſtra copiæcornu.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. P. II. COS. II.
11. CONCORDIA. AVGVSTI. S. C. Dea Concordia ſedens cum patera, & copiæcornu.

T. CAES. IMP. COS. III. CENS.
12. FELICITAS. PVBLICA. S. C. Felicitas Dea cum caduceo, & copiæcornu.

T. CAES. IMP. VESPASIAN.
13. VICTORIA. AVG. Victoria dextra cornucopiæ, ſiniſtra palmam.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
14. IVD. CAP. S. C. Palma arbor: hinc Judæa ſedens, inde captivus ſtat abjectis armis.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
15. CERES. AVGVST. S. C. Ceres ſtans, ſpicas, & haſtam, ſeu facem tenens. Similis in Veſpaſiano.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
16. S. C. Dea Spes.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
17. AETERNITATI. AVGVSTI. S. C. Æternitas cum haſta, & copiæcornu, ſub pede globus, fauſtum, felix, & diuturnum Titi imperium deſignat.

T. CAESAR. VESPASIAN. IMP. PON. TR. P.
18. ROMA. S. C. Roma ſtans cum victoriola, & haſta.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII.
19. VICTORIA. AVGVSTI. Victoria lauream, & palmam præferens, proræ navis inſiſtens. Similis in Veſpaſiano.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P.
20. S. C. Titus equo vectus jacentem hoſtem haſta percutit.

IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
21. S. C. Mars ſive Quirinus haſtam tenens, trophæum humero gerens.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
22. CONC. TER. P. R. IMP. DAT. S. C. Congiarium Tertium Populo Romano ab Imperatore Datum. Congiarium primum, & tertium Titi reponit Occo ſub Conſulatu VIII. ſed primum reponendum ſub Conſulatu II. ut in antiquis nummis. Caveas in titulis ab Occone deſcriptis.

T. CAES. VESP. IMP. PON. TR. POT. COS. II. CENS.
23. S. C. Imperator in quadriga ſpectare videtur ad Judaicum triumphum.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
24. ANNONA. AVG. S. C. Annona victoriolam dextra, ſiniſtra copiæcornu, ad pedes navis frumentaria, & congius, ſeu calathus cum ariſtis.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
25. VIRTVTI. AVGVSTI. S. C. Virtus galeata cum parazonio, & haſta galeam calcat: victoriæ typus.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
26. S. C. Caduceum inter duo copiæcornua: Felicitatis typus.

ΑΥΤ. Τ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ. ΑΡΚ. ΜΕΓ. Imperator Titus Veſpaſianus Pont. Max.
27. ΤΟ. ΚSΒΑ. ΤΡΙΠΩΛ. Tripolitarum corrige ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. ΕΤΟΥ. ΚS. ſub Rege Agrippa anno vigeſimo ſexto.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. COS. II.
28. S. C. Aquila inſiſtens globo. Similis in Veſpaſiano ejus Conſulatu III. Nummus eſt Divi Auguſti reſtitutus cum Aquila Conſecrationis; plurimos namque ipſi reſtituere abſque ullo reſtitutionis titulo.

IMP. T. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII.
29. GENIO. P. R. S. C. Genius Populi Romani ad aram cum patera, & copiæcornu.

IMP. T. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
30. VESTA. S. C. Dea Veſta ſedens.

IMP. T. CAESAR. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
31. PIETAS. AVGVST. S. C. Titus, & Domitianus invicem jungentes dexteras, media inter utrumque Pietate.

IMP. T. CAESAR. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. IX. P. P. COS. VIII.
32. SECVRITAS. P. R. S. C. Dea Securitas ſedens ad aram, ſceptrum tenens.

IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
33. S. C. Mars ſeu Quirinus trophæum humero ferens.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
34. PAX. AVGVST. Pax dextera caduceum, ſiniſtra oleam, columnæ incumbit, quod bello nutantem Rempublicam firmat.

T. CAESAR. VESPASIAN. IMP. TR. POT.
35. ROMA. S. C. Roma ſedens.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. CENS.
36. S. C. Templum. Cuſus eſt nummus tempore Capitolii reſtituti: ædemque fortè exhibet Jovis, templo Capitolino incluſam, cum pronao, quadrigis & cellis tribus Jovis, Junonis, Minervæ, de quibus Livius, Dionyſius, & Tacitus: quamvis ædiculæ illæ, ut probat Donatus, conjunctæ quidem parietibus, ſed diverſæ inter ſe nominabantur ſingulæ templa, ac delubra. Nummus tres loculos cum ſtatuis Deorum repræſentat propter parvitatem.

Livius l. 2. Dioniſ. l. 4. Tacit. l. 3. Hiſt. Donatus de Urbe Roma l. 2. cap. 4.

37. Τ. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙ. ΣΕΒΑ. ΟΥΕΣΠ. LΕΝΑ. Titus Imperator Cæſar Auguſtus Veſpaſianus anno 355.

TI-

T I T V S

EX ARGENTO.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
1. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Apollinis tripos, de quo in Vitellio.

IMP. TITVS. VESPASIAN. AVG. P. M.
2. TR. P. VIII. COS. VII. P. P. Captivus ad trophæum.

IMP. TITVS. VESPASIAN. AVG. P. M.
3. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Columna roſtrata cum ſimulacro Imperatoris. Similis in Veſpaſiano.

IMP. TITVS. VESPASIAN. AVG. P. M.
4. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Elephas rete aurea, ſeu alio pretioſo dorſuali exornatus: munificentiæ typus. Elephanti cum eadem veſte non ſemel in nummis, ac præcipuè Divæ Fauſtinæ Antonini, in quo currus cum ejus ſimulacro ab Elephantibus duobus, undique rete, ſeu alio amictu involutis, tractus.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
5. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. Trophæum, aſſidentibus Judæa, & captivo.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
6. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Capricornus cum globo. Nummus Auguſti reſtitutus.

IMP. T. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
7. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Pulvinar Jovis, manubria Jovis inſigne Livius: Gn. Flaminio, & Gn. Servilio Coſſ. *X. virorum monitu decretum fuit fulmen Jovi aureum quinquaginta pondo fieret*. Quod fulmen religionis cauſa ſervabatur in interiori cellà.

Livius Dec. 3. l. 2.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
8. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Delphinus ancoræ obvolutus: nummus Auguſti reſtitutus.

IMP. T. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
9. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Pulvinar Junonis, ut in argenteis Veſpaſiani.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M.
10. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Venus victrix, columnæ nixa, clypeum manu tenens. Similem in Auguſto vidimus.

IMP. TITVS. CAES. VESP. AVG. P. M.
11. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Sellæ duæ junctæ, ſeu biſellium, ſuper quo laurea Jovi dicata, ut de Domitiano Svetonius: *De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit*. Sellæ Diis, Heroibus, ac Principibus ponebatur, honoris divini index: adjecto fulmine, ſceptro, diademate, ac coronis. De Alexandro Curtius & Cornelius Nepos, Plutarchus, Polienus, Diodorus Siculus: de Cæſare, Caligula, Nerone, Domitiano, Dio, Svetonius, Plin. in paneg., aliique, quos in ſuo diſertiſſimo opere de Honore Biſellii refert Val. Chimentellius.

Svet. in Domit. cap. 6.

IMP. T. CAES. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
12. ANNONA. AVG. Annona Dea ſedens.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
13. COS. VIII. Boves juncti. Vir nudus, dorſo eminens, non extat in nummo, ſed aratrum eſt ſublevatum, ut in Veſpaſiani argenteis num. 31.

TITOC.

ΤΙΤΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. Titus Caesar Vespasianus Imperator.

14. ЄΤΟΥϹ. ΝЄΟΥ. ΙЄΡΟΥ. Η Anno novi templi octavo. Similis in Vespasiani æreis num. 40. Cusus est a Communitate Cypriorum, & exhibet simulacrum Veneris Paphiæ ad similitudinem metæ: nam Titus, ubi Corinthi de interitu Galbæ nuncios accepit, Rhodum, & Cyprum petiit, templumque Paphiæ Veneris, ubi cæsis hostiis de se lecta, ac fausta responsa tulit, ut adnotavimus ex Tacito, & Svetonio in eodem nummo Vespasiani.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.

15. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Currus, super quo flos, ut in nummo Augusti à L. Aquilio Floro triumviro monetali percusso: sed Vicus florem ad similitudinem non delineavit.

T. CAESAR. IMP. VESP.

16. PONTIF. TR. POT. Pax sedens cum hasta, & rami lauro.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M.

17. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Dea Concordia sedens cum copiæ cornu, & patera.

T. CAES. IMP. VESP. PONT. TR. POT.

18. AVG. EΦE Ephesi, ubi nummus fuit percussus, laurea dicata.

T. CAES. VESPASIAN. IMP.

19. PAX. AVGVST. Dea Pax.

TITVS

EX AVRO.

T. CAESAR. IMP. VESPASIAN.

1. PONTIF. TR. POT. Dea Pax sedens, hastæ nixa, ramum tenet.

T. CAES. IMP. VESPASIANVS.

2. COS. VI. Roma spoliis insidens, ad cujus pedes lupa cum gemellis. Advolant hinc inde Martii Pici, qui, ut refert Plinius, principales Latio sunt in auguriis à Rege, qui nomen huic avi dedit.

Plin. l. x. cap. 18.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG.

3. PONT. MAX. Jupiter in sella sceptrum tenens.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.

4. TR. P. VIIII. IMP. COS. VII. P. P. corrige TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Currus, super quo flos, non flamma, ut expressit Vicus. Similem vidimus supra in argenteis num. 15.

T. CAES. IMP. VESP. PON. TR. POT.

5. VIC. AVG. Victoria incedens cum laureâ, & palma. Similis in Vespasiano.

IMP. T. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.

6. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Pulvinar Jovis cum fulmine, ut in argenteo num. 7.

IMP. TITVS. CAES. VESP. AVG. P. M.

7. TR. P. IX. IMP. XV. COS. XIII. corrige VIII. P. P. Sellæ duæ junctæ, seu bisellium cum laurea, ut in argenteo num. XI.

T. CAES. IMP. VESP. CENS.
8. VESTA. Templum Veſtæ.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.
9. TR. POT. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. Captivus revinctus ad trophæum.

Ex auro apud Card. Medic.

DIVVS. TITVS. Caput Titi laureatum.
10. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. RES. Sella cum fulmine.

DO-

VII.

DOMITIANUS

DOMITIANVS IMP.
EX
AERE
M.I.

DOMITIANVS IMP.
GERMANIA CAPTA
S·C·
AVGVSTI
S C
S·C·
MONETA AVGVST.
CONCORDIA AVG.
S·C·
ANNONA AVGVSTI
EX
AERE
M·II

DOMITIANVS IMP.
PRINCIP. IVVENT
VICTORIA AVG
S·C
IX
AERE
M·III·

DOMITIANVS IMP.
ΦΛΑΟΥ
ΝΕΑΠΟΛ
ΣΑΜΑΡΕ
ΑΙ
S C
S. C.
IMPERA TORI
S. C.
IOVI SERVAT.
S C
VESTA
S C
S C
EX AERE M III

DOMITIANVS IMP.
PRINCEPS IVVENTVTIS
TR.P.COS.VII. DES.VIII.P.P.
PRINCEPS IVVENTVTIS
EX ARGENTO

DOMITIANUS IMP
T·R·P·COS II DES·VIII·P·P
P·P·COS·VII DES·VIII
EX
ARGENTO

DOMITIANVS IMP.
PRINCEPS IVVENTVTIS
FESTINA LENTE
EX AVRO

DOMITIANVS
EX AERE.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P.
1. S. C. Imperator peltatum Germanum equo conculcat: gladio impetit. De triumpho Germanico Svetonius. Svet. in Domit.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PERP. P. P.
2. COS. XIIII. LVD. SAEC. F. Conſul Decimum quartum Ludos Sæculares Fecit. Sacra peragit Imperator, pateram tenens ad aram, adſtantibus Tibicine, & Citharœdo. De ſæcularibus Domitiani Svetonius: *fecit & ludos ſæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proximè, ſed olim Auguſtus ediderat*. Acti ſunt ludi ſæculares Auguſti C. Furnio, & C. Julio Silano COSS. anno V. C. DCCXXXVI. Domitiani verò anno DCCCXL.: quo ipſe XIIII. cum Lucio Minucio Rufo Conſul fuit. Svet. cap. 4.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PERP.
3. S. C. Stat Domitianus thoracatus, paludatus, haſtam tenens: ſibique in genua ſubmittit Germaniam ſeminudam, peltam, armaque deponentem. Sic de Auguſto cecinit Ovidius.

Jam fera Cæſaribus Germania, totus ut orbis
Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. Ovid. Triſt. el. 2.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PERP. P. P.
4. FORTVNAE. AVGVSTI. S. C. Fortunæ ſimulacrum cum gubernaculo, & copiæcornu.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
5. S. C. Trophæum de Germanis. Vexillum in medio, ſcuta, frameæ cum tubis, & lituis.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
6. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria manum protendens ad trophæum.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PERP. P. P.
7. S. C. Imperator ſtans cum fulmine, & haſta: retro Victoria coronam ejus capiti imponit. In veteri lapide IOVI. DOMITORI. ORBIS. TERRARVM. CENS. P. P. P. Domitianus Jovis manubriis. Zamoſ. analect. lap. Vetuſt.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PERP. P. P.
8. COS. XIIII. LVD. SAEC. F. Vidimus num. 2. Huic additum Tiberis ſimulacrum. In ſæcularibus porrò canebant pœana, quibus Populi Romani ſalutem à Diis precabantur, originemque Romanorum, & appulſum Æneæ ad Tiberim memorabant. Sic Horatius in ſæculari carmine ad Apollinem, & Dianam. Horatius carm. ſæc.

Roma ſi veſtrum eſt opus; Iliæque

Litus Etrufcum tenuere turmæ,
Juffa pars mutare Lareis, & urbem
Sofpite curfu:

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
9. IOVI. VICTORI. S. C. Jupiter fedens dextra victoriolam, finiftra haftam. Jupiter hic Capitolinus.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. PONT.
10. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. S. C. Pallas.

IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMIT. AVG. GERM. COS. X.
11. SALVTI. AVGVSTI. S. C. Ara falutis. Martialis.

Mart. l. 2. epigr. 66.

Rerum certa falus, terrarum gloria Cæfar;
Sofpite quo magnos credimus effe Deos:

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P.
12. S. C. Domitianus ftans cum parazonio, & hafta, pede Rhenum flumen calcat; Equeftrem ejufdem in Romano foro ftatuam fic Statius.

. . . . vacuo pro cefpite terræ
Ænea captivi crinem tegit ungula Rheni.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
13. S. C. Victoria trophæo clypeum imponens, in quo fcriptum eft. DE. GER. Sedet Germania ad truncum, cubito innixa, mærens more captivæ.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.
14. S. C. Domitianus velatus Minervæ facrificat fuper ara, tenens pateram, adftante Deæ fimulacro in ædicula columnis inftructa. Apollonius facrificantem Palladi Domitianum invenit, ut Philoftratus refert: *Fortè autem Rex, cum Palladi nuper facrificaffet, viridi ramo coronatus, in Adonidis aulà confliterat.* In nummo verò expreffa videtur cella Capitolina Minervæ, à Domitiano reftituta, feu quinquatria exhibentur, in Albano quot annis celebrata.

Philoftrat. de vita Apollon. l. 7. cap. 14.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
15. GERMANIA. CAPTA. S. C. Germania mæfta fedet: ftat captivus ad trophæum.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. COS. XIII. CENS. PERP. P. P.
16. VIRTVTI. AVGVSTI. S. C. Virtutis fimulacrum cum parazonio, & hafta.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GER. COS. X. CENS. PERP. P. P.
17. S. C. Equeftris Domitiani ftatua pofita in medio foro, carminibus Statii celebris, dextram extendebat pacificatoris manu.

Dextra vetat pugnas.

& paulo poft

Das Cattis, Dacifque fidem.

Ungulæ fubjecta eft caffis, victoriæ typus. Pro caffide, Rheni fluminis caput Triftanus exhibuit; videant, qui nummum integrum habent.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PERP. P. P.
18. MONETA. AVGVSTI. S. C. Dea Moneta cum libra, & copiæcornu.

CAES. DIVI. AVG. VESP. F. DOMITIANVS. COS. VII.
19. S. C. Pallas finiftra clypeum, dextra pilum, five haftam tenet. Pallas eft Propugnatrix; eadem geftu, & cognomine Mars, & Apollo. Domitianus Palladem fibi tutelarem fecerat.

CAESAR. DIVI. AVG. VESP. F. DOMITIANVS. COS. VII.
20. CONCORDIA. AVG. S. C. Dea Concordia cum copiæcornu, & patera. Hanc vidimus in Vefpafiano, & Tito. CONCORDIA. AVGVSTI. Subintelligas Titi, non Domitiani, qui in hoc nummo, nondum mortuo fratre Tito, Augufti titulum non habet. Repetitus, feu reftitutus fuit nummus, eadem figura,

gura, & litteris, quibus in honorem Vespasiani Patris fuerat percussus, ut infra num. 25.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
21. S. C. Mars cum Victoria, & trophæo incedens: in aliis VICT. AVG.

IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M.
22. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. S. C. Pallas dextra fulmen, sinistra hastam tenens. Fulmen Palladi tribuitur, quod ipsa contra Gigantes Jovem sit comitata. Talis à Virgilio describitur, Ajacem violatorem Cassandræ percutiens. Æneid. l. 1

Ipsa Jovis rapidum jaculata è nubibus ignem.

Et ibi Servius num. 5. *in libris Etruscorum lectum est, jactus fulminum manubias dici, & certa esse numina possidentia fulminum jactus, ut Jovem Vulcanum, Minervam. Unde cavendum est, ne aliis hæc numinibus demus.* Hic nummus cusus est mortuo Tito ejus Consulatu VIII. Domitiani VII. ideoque Augusti cognomine inscribitur.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
23. ANNONA. AVGVSTI. S. C. Ceres, & Abundantia, Annonæ typus.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II.
24. S. C. Dea Spes: in aliis addito titulo PRINCEPS. IVVENTVTIS.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. AVGVR. PONT.
25. CERES. AVGVST. Ceres Augusti, hoc est Vespasiani; nam Domitianus vivente patre Cæsar tantum.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
26. SALVTI. AVGVSTI. S. C. Ara Salutis, de qua supra num. XI.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II.
27. FELICITAS. AVGVST. Dea Felicitas cum copiæcornu, & caduceo. Pax & Abundantia Reipublicæ felicitas est. Augusti titulus ad Vespasianum pertinet, ut supra in aliis adnotavimus.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. Domitianus.
28. LΔ. Anno quarto post mortem Titi, quo Domitianus Augustus, & Imperator. Hic nummus cusus est ejus Consulatu XI. Arcus iconographiam exhibet, in qua non Elephantorum, ut in alio Romæ percusso, sed equorum quadrigæ superimpositæ sunt. Romanum verò Arcum infra num. 49.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II.
29. PRINCIP. IVVENT. S. C.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. P. P. P.
30. FIDES. PVBLICA. S. C. Sinistra spicas, & papavera, dexterà pateram cum frugibus: bona sunt, quæ ex publica fide proveniunt.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. P. P.
31. ANNONA. AVG. S. C. Ceres mantile puero explicans cum aristis, Annonæ typus.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.
32. S. C. Imperator ante aram dexteram porrigit Præfecto legionum, adstantibus signiferis ex veteri Romanorum, Persarumque more, ut Xenophon ex verbis Cyri. *Non enim jam discedo, sed Hircanis, quibus & jusjurandum, & dexteram dedi, fidem servabo.* Xenoph. l. 8.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
33. VICTORIA. AVG. S. C. Victoria felix cum palma, & copiæcornu.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XII.
34. IMP. XXII. COS. XVI. CENS. P. P. P. Censoria Potestate Pater Patriæ: sic legen-

Erizus in nummo.

legendum in omnibus Domitiani nummis CENS. P. P. P. male Erizus Cenſoriæ Poteſtatis Perpetuum, Victoria cum laurea, & trophæo.

DOMITIANVS. CAESAR.
35. S. C. Laurea.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
36. S. C. Mars Gradivus cum trophæo, & haſtà.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
37. S. C. Victoria gradiens. Signum Aquilam humero gerens.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹ. ϹΕΒΑϹ. ΔΟΜ ΤΙΑ. ϹΕΒΑϹΤΗ. Domitianus Cæſar Auguſtus Domitia Auguſta. Capita Domitiani, & Domitiæ.
38. ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΤΙΟΝ. ΣΑΜΑΡΕ. ΑΙ. corrige ſic: ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛΙΣ. ΣΑΜΑΡΕΙΑ. Flavia Neapolis, ſive Nova Urbs, Samariæ. Ab Antipatro ſolo æquatam, Herodes novum oppidum condidit, ac in honorem Auguſti Sebaſten appellavit ex Plinio, & Strabone. Flaviam etiam cognominatam ex hoc nummo diſcimus, quod Veſpaſianus eo coloniam duxerit; nam conſpirantes bello Judaico Samaritas, Cerealis aggreſſus, occidit omnes, teſte Joſepho.

Joſeph ant. l. 13. de bel. Jud. l. 1. & l. 2. Plinius lib. 5. cap. 13. Strabo.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.
39. PACI. AVGVSTI. S. C. Pax ſiniſtrà copiæcornu tenet, dextera facem, qua arma incendit. Hujus typum adnotavimus in æneis Veſpaſiani num. 41.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII.
40. IMPERATORI. corrige IMP. XV. COS. XIIII. CENS. P. P. P. Leo ad ſæculares ludos ſpectare videtur, quemadmodum, & Rhinoceros in altero Domitiani nummo; ſin leonem manſuetum ipſius Domitiani malis, de quo Statius, Martialis.

Statius Sylv. 2. Martial.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PERP. P. P.
41. PONT. MAX. TR. P. VIII. LVD. SAEC. SVF. P. D. Ludis Sæcularibus, Suffimentis Populo Datis. Sedet Domitianus in ſuggeſtu, & ad ipſum togatus vir, & puer manus protendunt, accepturi thura, & id genus odorum, qui adhibebantur à populo in ſuffimentis, & luſtrationibus ludorum ſæcularium. Ad pedes Imperatoris hinc inde duo calathi poſiti ſunt, odoribus referti. Similes calathi exhibentur in pompa triumphali Titi, quæ in zophoro Arcus expreſſa eſt, ut adnotavimus in monumentis Romanarum Antiquitatum.

Monumenta Rom. Ant.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII.
42. Pallas, ſiniſtra clypeum, & haſtam tenet, dextram trophæo admovet. Palladi tutelari victorias ſuas deferebat Domitianus.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI.
43. IOVI. CONSERVATORI. S. C. Jupiter ſtans dextera fulmen, ſiniſtra haſtam. Vitelliano bello Domitianus confugit in Capitolium, & erumpentibus adverſariis apud Æditum clam pernoctatus, ſervatus eſt. Tacitus: *Potiente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum ſacellum* IOVI CONSERVATORI, *aramque poſuit, caſuſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus*, IOVI CVSTODI *templum ingens, ſeque in ſinu dei ſacravit.*

Lib. 3. hiſt.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VII.
44. VESTA. S. C. Dea Veſta ſedens Palladium tenet.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. AVGVR. PONT. in aliis. COS. III.
45. S. C. Cornucopiæ.

46. Hic nummus Apim referre videtur; ſed qui viderint ipſum, certiora referant.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
47. ΕΤΟΥΣ. ΤΡΙΤΟΥ. anno tertio Imperii Domitiani. Iſidis caput, in aliis caput Aphri-

Aphricæ, seu Ammonis. Cusus est Alexandriæ, cum in uno legatur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Aphricæ totius Domitianum venerantis argumentum.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PERP. P. P.
48. S. C.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PERP. P. P.
49. S. C. Arcus triumphalis cum quadrigis Elephantorum, Domitiano erectus, juxta descriptionem Martialis.

Stat sacer edomitis gentibus Arcus ovans.
Hic gemini currus numerant elephanta frequenter
Sufficit immensis aureus ipse jugis.

Lib. viij. Epig. lxij.

Arcum hunc extitisse ad portam triumphalem, non levi argumento conjicit Donatus ex subsequentibus.

Hæc est digna tuis, Germanice, porta triumphis:
Nos aditus Vrbem Martis habere decet.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XI.
50. IMP. XXI. COS. XVI. CENS. P. P. P. S. C. Palma arbor Judææ typus.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Imperator Cæsar Domitianus Augustus.
51. ΕΠΙ. ΒΑ. ΑΓΡΙ. Sub Rege Agrippa. Duo copiæcornua: in medio caduceum, ΞΤ. ΚΣ. corrige ΕΤ. ΚΣ. anno vigesimo sexto; subintellige regni Agrippæ.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
52. ΔΙ..., supple ΔΗΜΑΡΚ. ΕΞΟΥC. ΥΠΑΤΟC. tribunitia potestate Consul. Extat apud cl. V. Petrum Seguinum similis Domitiani cum inscriptione ΕΤΟΥC. ΝΕΟΥ. ΙΕΡΟΥ. ΠΡΩΤΟΥ. anno novi templi primo. Similis Romæ cusus est cum titulo IVPITER. CONSERVATOR.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERMAN. P. M.
53. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. S. C. Pallas.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.
54. VICTORIA. AVGVSTI.

56. S. C. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PERP. P. P. Inscriptio sine capite.

55. DIVAE IVLIAE. AVG. DIVI. TITI, FIL. S. P. Q. R. Carpentum, seu rheda, Consecrationis typus. Tacitus de Agrippina; *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos Sacerdotibus, & sacris antiquitus concessus.* Ibi Lipsius Diis ipsis, & Statuis antiquitus concessum. Moris fuit Circensibus ludis, cœlo adscriptorum Principum simulacra vehi curru Elephantorum, simulacra Augustarum sæpius rheda. De Consecratione Juliæ, Martialis.

Tacit. an. l. 12.

Dum voce supplex, dumque thure placabit
Matrona divæ dulce Juliæ nomen:
Manebit altum Flaviæ decus gentis,
Cum sole, & astris, cumque luce Romana.

Martialis l. ix. ep. 2.

DO-

DOMITIANVS

EX ARGENTO.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS.
1. OS. IIII. Pegaſus.

CAESAR. DIVI. F. DOMITIANVS. COS. VII.
2. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Minervæ pulvinar, quod erat in ejus cella Capitolina, cum Deæ galea ſibi ſacrata.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P.
3. IMP. XI. COS. XII. CENS. P. P. Victoria gradiens cum laurea, & palma.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. P. M.
4. TR. POT. COS. VIII. P. P. Delphinus anchoræ circumvolutus: Auguſti emblema, ut ex Svetonio adnotavimus.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. P. M.
5. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. Tripus cum Delphino. Similem adnotavimus in Vitellio cum litteris XV. VIR. SAC. FAC.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI.
6. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Veſta ſedens Palladium, & haſtam tenens.

ΔΟΜΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. Domitianus Cæſar Auguſtus.
7. ΤΥCΤΑ. ΑΤΟΤΙΖ. corrige ΕΤΟΥC. ΙΔ. ΥΠΑΤΟC. ΙΖ. anno decimo quarto, Conſul decimum ſeptimum.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI.
8. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Ara cum igne.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. V.
9. IMP. VIIII. COS. VI. CENSOR. VI. POTESTAT. P. P. Germanus ſcuto inſidet, cubito nixus, mœrens. Corrupta eſt inſcriptio, quam ſic ex integro nummo corrigimus IMP. VIIII. COS. XI. CENS. POT. P. P. Nunquam ſanè Domitianus COS. VI. & AVGVSTVS. Duas ſimiles inſcriptiones protulit Occo, ut non ſemel aſſolet, corruptas, quibus nimiam fidem præſtitit Scaliger, protulitque ſententiam in Euſebio: *Hæc juxtà cum ignariſſimis intelligo.*

Scalig. in Euſeb. num. 2061.

CAESAR. DIVI. F. DOMITIANVS. COS. VII.
10. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Capra Amalthea, in aliis Taurus, cœleſte ſignum, ad decorandam juventam Domitiani, quod illa præbuerit lac Jovi infanti, hic ineuntis anni ſignum.

ΔΟΜΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. Domitianus Cæſar Auguſtus.
11. ΕΤΟΥC. ΙΔ. ΥΠΑΤΟC. ΙΖ. anno decimo quarto Conſul decimum ſeptimum. Liræ binæ & Noctua. Athenis forte nummus cuſus, Minervam Muſarum deſignare videntur.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI.
12. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Dexteræ invicem junctæ, in medio Aquila militaris ad indicandam militum fidem. Similis in Veſpaſiano.

CAESAR. DIVI. F. DOMITIANVS. COS. VII.
13. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Dea Securitas columnæ nixa.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII.
14. IMP. XVIII. COS. XIIII. CENS. P. P. Pallas.

IMP.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. P. M.
15. TR. POT. IMP. II. COS. VIII. DES. VIIII. Fortuna dextra temonem, sinistra copiæcornu.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. IIII.
16. IMP. VIIII. COS. XI. CENS. P. P. P. Pallas.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XII.
17. IMP. XXII. COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas proræ insistens cum Noctua.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. P. M.
18. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. Pallas.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS.
19. COS. V. Lupa gemellos lactens ad ripam Tyberis cum cymba. Spectatur & hodie in Capitolio æneum simulacrum Romuli, & Remi ad ubera lupæ pendentium.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS.
20. COS. V. Domitianus equo vectus.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII.
21. COS. XIIII. LVD. SAEC. F.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI.
22. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Pallas hastam intendens.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XII.
23. IMP. XXI. COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas hastæ incumbens.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII.
24. IMP. XIIII. COS. XIIII. CENS. P. P. P. Pallas cum fulmine, & hasta.

DOMITIANVS
EX AURO.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS.
1. COS. V. Parthus restituens signa militaria. Nummus Augusti restitutus. Vidimus in argenteis Augustæis num. 89. cum titulo SIG. RECEP.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI.
2. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Vesta sedens, dextra Palladium, sinistra hastam.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. P. P.
3. FESTINA. LENTE. Nummus Augusti restitutus. Delphinus anchoræ obvolutus.

CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS.
4. COS. V. Domitianus equo vectus. Similis in argenteis.

IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. P. M.
5. TR. POT. IMP. II. COS. VIII. DES. VIIII. P. P. Palladis caput.

CAES. AVG. F. DOMIT. COS. III.
6. PRINCEPS. IVVENTVTIS. Dea Spes.

FINIS.

ER-

E R R A T A.

PAg.1.*num.* 2. nummo 50. *lege* numero 50. Pag. 2. *num.* 6. *lin.* 4. *lege* Palæmoni & *lin.* 7. Palæmon. *lin.*9. *lege* Nymphæ. Pag.5. *lin.*4. *lege* ΣΩΤΗΡΑ, ſeu ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΝ. *num.*19. *lin.*1.*lege* Africæ. *lin.*6. *lege* fœcunda. Pag. 6. *lin.*4. *lege* eandem. Pag.7. *num.*1. *lege* CAESAR. *num.*3. *lege* Tribunitia. Pag.8. *num.*21. ſedens.*lege* ſedentis. Pag.9. *num.*30. *lege* Felicitas.*num.*33.*lege* in laurea.*num.*38.*lege* Cæſare. Pag.10.*num.*43.*lege* Crocodilus. Pag.11.*lin.*17.*lege* Diœceſeon. Pag.12. *num.*6. *lin.*1.*lege* ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. & *lin.*3. incidet.*lege* inſidet. & *lin.*18.cuſtos.*lege* cuſos exiſtimandum.Extant. Pag. 15. *num.* 22. *lin* 4. *lege* Parthorum *num.*25. cernimus. Opus.*lege* cernimus,opus. Pag.16. *num.*29. *lin.*2. enigmatis. *lege* ænigmatis. *lin.*3. Aedipum. *lege* Oedipum. *lin.*16. & 19.geminos. *lege* Geminos. *lin.*21. *dele* Vide &. *ac lege* Interpres. & *lin.*22. *dele* Quare. Pag.18.*num.*38.*lin.*9.*contulebat*.*lege*. *conſulebat*. & *lin.ſeq* ædere.*lege* edere. Pag.19. *lin.*1.*lege* edita,exiluit Theogenes. Pag.20.*lin.*1.*lege* Græci.*num.*47.victiſque. *lege* vittiſque.*lin.*3. pertinet.*lege* pertinent.*num* 50.*dele* ſuper ponte Tyberis.*lin.*10.*lege* edita.Pag.21.*num.*52.*lege* periſtylio.*num.*57.*lege* lituus.Pag.22.*num.*69.*lege* ΣΩΤΕΙΡΑ.Pag.23.*num.*82. *lin.*10. Heic.*lege* Hic.& *lin.ſeq.*contulit.*lege* conſulit.Pag.26.*num.*9.AVGVΣ. TI. *lege* AVGVSTI. Pag.27.*num.*21.*lin.*6. *lege* editum.Pag.29.*num.*3.Tres.C.*ſcribe* Tres C.Pag.30.*num.*12.*lege* Cæſoniæ.& *lin.*8.Proaviam. *lege* proaviæ. Pag.33.*num.*14 *lege* comœdiam.*num.*20.*lege* interpretatur.Pag.34.*num.*4.exprobavit.*lege* exprobravit. Pag.40.*lin* 7. *lege* Camœnas.& *lin* 31.*lege* Africam.Pag.42.*num.*13.*lin.*2.& 4. *lege* citharœdico. *ſic lin.*6.citharœdus.& *lin.*14. citharœdo.*num.*14.delata. *lege* deleta. *num.*18. *lege* Judææ. Pag.43. *lin.* 26. *lege* Carthaginis. *num.* 19. *lege* OLYMPIAS. *lin.* 6. *lege* prægnante. Pag.44.*lin.*4.*lege* pronuntiavit. *num.*21.Marcellum.*lege* Macellum. *lin.*9..*lege* Carthaginenſes.*lin.* 12.*lege* Varronem. Pag.45.*num.*22. adoleſcenti. *lege* adoleſcentis. Pag.46.*num.*34.*lin.*28.*lege* Citharœdorum. Pag.47. *num.*38. *lege* Africæ. & *lin.*3. *lege* ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ *num.*42. *lege* citharœdus. Pag.62.*num.*16. *lin.*5. pœne. *lege* penè. Pag.63. *num.*34. *lege* Judææ Pag. 68. *num.*9. Avo caput. *lege* AVG.Caput. Pag.72. *num.*11. ponebatur. *lege* ponebantur Pag.73. *num.*16. rami lauro. *lege* ramo lauri. Pag.76. *num.*13.*lege* mœrens. *num.*15. *lege* mœſta. Pag.79. *lin.*1. & 2.*lege* Africæ. Pag.80. *num.*10. *lege*. Amalthæa. *num.*11. cuſus, Minervam. *lege* cuſus, Apollinem, & Minervam.